



**R.P.Fr. Lvdovici Granatensis Ordinis S. Dominici SS.
Theologiæ Professoris Opera**

In tres tomos distributa

Opvscvla Spiritvalia Continens, in quibus peccatores à semita vitiorum &
perditionis, ad regiam virtutum, perfectionis, ac salutis æternæ viam,
perducuntur

Luis <de Granada>

Coloniae Agrippinae, 1626

Vita Iuan. Avilæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79597](#)



R. P. F.

LVDVICI GRANATENSIS. ORDINIS S. DOMINICI,

VITÆ
MAGISTRI IOAANNIS AVILLAE
IN SIGNIS BÆTICÆ ECCLE-
SIASTÆ

LIBER.
EX HISPANICIS LATINE REDDITVS
à Ioanne Croësio, Belga.

DE EIVS PVERITIA.

CAPVT I.

Matth. 20.

Sicut olicitus ille paterfamilias, qui singulis diei horis operarios vineæ colenda collegit, omnibus seculis operarios excitat, qui labore suo atque industria hunc vineæ promoueant laborem. Inter quos vocare placuit hunc operarium, cuius vitam scribere ingredior ad gloriam patris illius familias, atque adeo operarij quem elegit: rogans eundem Patrem, quandoquidem seruus tanto labore eius gloria studuit, spiritus illius partem mihi largiatur & verba, quibus dignè prædicem hunc eius magnum præconem. Aequum est enim in terris celebrari eum qui omni vitæ spatio eum, qui in cœlis regnat, prædicauit.

Etsi parum refert origines maioresque cuiusque ac parentes feruorum Dei nouisse, quod Deum patrem in cœlis agnoscant; ascribi tamen solent parentes terrestri gloria, quod tales produxerint frumentos tantosque generint liberos.

Natus itaque *Ioannes Avilla* vico Almodovar campestris in Toletana ditione. Parentes honesti in suo vico & opibus abundantes: quodque rei caput est, DEVM timentes. Tales enim esse oportebat qui tales producerent stirpem, fructum & filius vincus. Decimumquartum iam annum natus Salmanticam à patre *Iuri* ciuili operam vt daret mittitur. Hic cum iam fundamenta iecisset Deus benignitate sua singulari ad eum traxit. Legum itaque studio relieto domum revertitur, iamq; à Deo ad pietatem vocatus conclaue sibi ab adibus scilicet postulauit & obtinuit, quod vincere à parentibus amaretur. In conclaui cella erat angusta è rudi fabrica, vbi penitentiae vacare primum coepit, vitamq; ducere rigi-

dam. Sarmentis noctu incubans, victus asper & modicus, quibus & cilicum & flagella adhibere solitus. Mouit res ea parentes, repugnare tamen nolabant, animaduerso vt Deum timentes, Dei id omne esse beneficium. Frequenter confitebatur, & Sacramento Altaris offici in primis caput, & horis aliquot flexis genibus adorabat. Qua re perspecta à multis, quo cultu communicare solitus exemplum de se dedit cum clero, tum paganis. Transfbat fortè illac S. Francisci Monachus, & in tenera illa ætate virtutem admirabundus, illi ac parenti suasis Complutum studiorum se gratia recipere, vt sacris adhuc literis Deo in Ecclesia, (vt accidit) subseruiret.

Compluti Philosophiae se studio tradidit, deditque operam R. P. Dominico Soto: qui eleganti ingenio perspecto, comite etiam virtute, exemplum complexus est, & commilitones eius sunt exemplo incitati. Hac tempestate Petrus Guererus, qui postea Archiepiscopus est Granatensis renunciatus, mutuo sunt amore coniuncti, & *Avilla* perpetuò addictus vixit, iunctique ac fuit. Nondum finitis studiorum spacijs virumque amissit parentem. Decurso autem Philosophiae curriculo (in quo primas ferè obtinuit, cum ingenii bonitate, tum vigiliarum labore) ætatem *Avilla* initiam idoneam nascens, sacris est iniciatus: primisque sacrificij parentibus vitâ functis detulit, loco epularum festorumque ludorum, qualia tunc nouo Sacerdoti solent exhiberi: vt qui generous geltaret animum, duodecim etiam pauperibus epulum prebut, mensa ipse ministrans, vestibus induens, aliaque pia exercendo officia.

Verum his valere iussis aggrediar ea quæ ad Evangelici prædicatoris pertinent officia. Cumque Deo

Patria &
parentes
Ioan. Avilla.

Iuri ciuili dat
operam.

De divino amore Concionatori necessario, quom &
Avilla noster habuit.

Deo si visitatum electo aliquo, muneri custodam idoneo, eas largiri dotes, que sunt officio necessariis, age deis primum agamus, in quibus Lector animaduertet ideam Concionatoris perfecti, quod in hac ipsa Historia duxi faciendum, Deo bene iuvante, qui dona largitur, ut Pater luminum. Idem, tametsi in alia re & argumento alijs praesertim historicis, Xenophon etenim Orator ac Philosophus Graecus, in historia Cyri maioris (qui Iudeos patrio restituit folio post Babyloniam captiuitatem), cuius victorias atque triumphos non modis Herodotus, sed & copiosius Isaías propheta, antequam nasceretur, promulgauit. Hac in Historia virtutes eius explicare conatur, quae Regis perfecti summi sunt propriæ. Cumque hic Cyrus rex (tametsi fortis manuque promptus, non eas omnes contineret virtutes, & quas tenebat, non erant verae virtutes, sed in specie bonorum, addit de suo Historicus quod deerat, augeriq; ut solent, in maius ornata. Verum enim uero cum hic Euangelicum formare preconem propositum sit, cum omnibus eidem necessariis virtutibus, nihil tamen addam de me, sed in vita narratione exercitia Concionatoris ostendam. Ut verò methodo res tractetur, agam libro primo de dotibus ac virtutibus Magistro Aville à Deo concessis ad hoc munus ritè obennium. Deinde de propriis eiusdem virtutibus. Denique de Concionantis officio ac fructu quem ex his idem collegit.

PROPOSUSS E SIBI AD IMITANDUM S. PAULUM & APOSTOLUM IN PRÄDICATIONIS MUNERE, QUAEQUE HUC SINE MUNERI MAXIME NECESSARIA.

CAPUT II.

Predicationis muneri cum se totum destinasset, cuius gratia annos aliquot in studijs laborasset, non honores aut dignitates hac cōlectans via, sed animarum dumtaxat salutem inuestigans, operam in primis dedit, expensas ut curaret huic necessaria muneri quas Christus his declarauit verbis: *Qui non renuntiat omnibus qua possidet, non potest meus esse discipulus.* Seruit id religiosè. Nam in patriam ubi euerterit, bonis se exuit hereditate acquisitis, in opibus ea diſpertiendo, nihil sibi reservans preter vestem pannosam, seruians & hic illud eiusdem Seruatoris, cum discipulis suis ad prædicandum mitteret, mandans ne crumenam ferrent, aut perā, sed fidem solam, in Deumque fiduciam. His enim procuratis nihil inquam defuturum. Idem in nostro impletū Ecclesiaste. Dum enim spiraret posse dicit nihil, nihilque optauit, desuit tamen nihil, immo inops cum esset, multis opem & stipē indigenibus culit, ut merito cum Apostolo diceret: *Ut pauperes, viuimus, multos ante locupletantes, ut que nihil habentes, & oratione possidentes.*

Hic actis fundamento ducem quæsivit res, quem tuto sequeretur: neque aptiorem reperit Paulus Apolloniu, qui gentium datus est doctor. Idque non arrogantiæ causa, quandoquidem Apostolus ipse huc omnes inuitat fidèles: *Fratres, imitatores mei estote, scis & ego Christi.* Et si verò altum hoc est Christi exemplum, quo peruenire posset nemo: veruntamen, (ut Sapiens quidam ait) altius ascendit, qui conuertit alta condescendere, quam qui spe amissi in imo herent. Quām verò res ea cesserit illi feliciter sequentia coministrant.

(..)

Granat. Opus spiritual.

VT à precipuis auspicemur vii virtutibus perfecto *Prima virtus Ecclesia.* Ecclesiast. necessariis (siquis forte aspirare ac pertingere ad culmen potest) earum prima est virtus ingens Dei amor. Perspicuum id est ei bis commendandique ritu Christi Domini, quibus Petro Apostolo oves suas pastendas commendauit, interrogans an se diligenter ceteris Apostolis amplius: iterando idem tertium, ut etiam turbaretur nonnihil Petrus, & singulatim ter percunctando adiecit: *Pascere oves meas.* Quare ter interrogando an se ameret ceteris magis, docuit nos Christus ad animarum querendam salutem, diuinum potissimum, & quidem ardenteum amorem requiri, quod subsidia eidem amori abunde suppeditet: quod etiam hac ipsa narratione Vitæ hinc inde, cum erit vñus, exponam.

Huic etiam Deus muneri Paulum Apostolum destinans, vas electionis gentiumque doctorem charitatem illi, Dei que ingentem infudit amorem. *S. Pauli Apostoli amor in Deum quantum tua.* Numeratis enim alibi singulatim omnibus in persecuzione aduersis, *Nulla, inquit, creatura separare nos Rom. 8, 39.* poterit à charitate Dei, qua est in Christo IESU Dominu nostro. Et hīc quidem amor diuinus vñstorem tot certaminibus illum reddidit, mundique in contentionibus adeò confirmavit, ut os eius obtuare *Ephes. 3, 8, 4.* aut linguam vincere posset nemo, vñcto iam & capitulo, quin Dei nomen assidue depredicaret.

Agnouit & hanc doctrinam Ecclesiastes noster *Amor Dei primo suum glorie eius generat.* **A**villa. Interrogatus enim à virtute prædicto Theologo, quanam ratione frugiferè verbum Dei prædicaret, subiecit ille: Amore Dei singulari. Sic ille, ut potè expertus quantum subsidij res illa adferret ad bene concionandum. Ex hoc etenim amore primo nascitur sitis gloriae Dei que non extinguitur: cumque glorificetur Deus sanctimonia ac vita puritate rerum conditarum, hinc nascitur integratissimus amor studiumque internum puritatis: ut noctes diesque mente nihil aliud agitent aut somniet; nullusque est labor, aut discrimen quod non liberet subiectum charitatis gratias deputans in lucro si vel suum sanguinem ad animas vnius salutem profundat. Docet id *intentionem.* in se Apostolus Paulus, non modis laboribus multis ac persecutionibus perpessis, verum etiam multo magis verbis istis in epist. ad fideles Corinthis misca: *Ego libentissime impendam & superimpendar ipse pro animabus vestris: licet vos diligens minus diligat.* Et alibi: *Sed & si immotor, supra sacrificium & oblationem fidei vestre, gaudeo & congratular omnibus vobis. Id ipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi.* Hic nimirum amor proximi è diuino nascitur, *Charitatis* hocque salutis studium, ut velanathema, hoc est, *proximi.* diris deuotus Christo ardenti desideraret amore. Qui etiam compulit orbem peregrinando peragrare, *Rom. 9.* terra marique quærens animas, & pericula labore, que non detrectans hoc nomine, ut testatum ipse hisce reliquit verbis: *Omnia sustineo propter electos: 2. Tim. 2, ut & ipsi salutem consequantur, que est in Christo Iesu cum gloria coelesti.*

Hoc præcipuum huius munieris prædicatorij instrumentum est, ut enim parentum erga liberos a simile. amor laborare compellit ac sudare, ut educet eos atque alant, interdum etiam per mare ad orbis vñque fines penetrare cogit, ut quo alantur suppetat; sic & amor ille diuinus à Spiritu S. infusus cordibus Patrum spiritualium, subire labores ac pericula, uibet, quod profuit suis. Neque enim minor est amor spiritualis ad hoc munus ritè obeundum quam carnalis. Id B. Ambros. his verbis testatum reliquit: *Nō noster Ambros. amor est spiritualis amor meus erga filios quos verbo*

Euangelico genui & enutriui, quām si corpore eos genuisem. Non enim minor est gratia diuinæ vis quam naturæ.

Amor Auila prehendas. Ardebat enim adeò amore illo & *in Deum & Iustis proximorum desiderio*, nihil ut prius ageret a proximos. Hoc in Ecclesiastæ nostro *Auila* verum esse degitaretur animo, quām de saluandis suis auditoribus. Prestitum hoc assiduis concessionibus, audiendisq; confessionibus: adhac exhortando, publiceque docendo, & adiuuando: præsentes quidem viua voce docendo; absentes vero per epistolæ erudiendo. Neque id per se solum, verū & per discipulos quos erudierat, huc illuc eos mittendo, eodem ut prædicandi munere fungerentur. Curauit ea gratia sedulè ut in omnibus Bericæ viribus Philosophia doceatur ac Theologia. Lectores item, hoc est, Professores, vbi dæscent, conquiuerit. Neque hic diligentia hominis substituit, at proutientia eius ad pueros Catechismo erudiendos pertinebat, ut vñam cum ætate pietas cresceret, Deiq; summi cognitio. Et hac quidem omnia ardentes veluti scintilla erant, quas cœlestis ille amor euomebat, flagrabatque in eius præcordijs, & desiderij huius causa erant: qua de re plura deinceps & singulatum proferam.

De ardore ac spiritu Concionantis, quo C. Auila flagravit.

A Mor hic ac studium, magnum in eo peperit spiritum ac ferorem, quo in concionando vtebatur. Concionaturus enim curabat in primis, vt summa temperantia, cathedram concenderet. Quo significabat, vt atque, aues falcone capturi ieiuni cant ac famelic, sicque leuius accupantur: Ad eundem modum pulpiter dicturus cōscendebat, non modo actuli deuotione, verum etiā fame ac desiderio concione illa lucrandi animas Christo. Id enim calcar erat, & impetus, feroque spiritus ad prædicandum. Hoc quidem desiderium singulare est Spiritus sancti donum, sine qua vi etiā quis laboret, illud non consequetur. Et hoc quidam studium partus representat dolores mysticæ illius feminæ à Iohanne in Apocalypsi visa, & magnos, ut aiebat, partus dolores patientis. Qui dolor exprimit ardorem desideriūque eorum, qui Dei zelo capti gignunt filios spirituales, qui illum honorent ac glorificant. Idemque desiderium non fero rem modò vimque adfert prædicandi, sed & docet multa quibus corda discendo inflamentur. Cumq; carnales adeò simus, vt dignitatem, meritum, pondusque rerum spiritualium ignoremus, nisi carnis exemplis nobis innoscant; age animum inducamus singulisque quo esset animo mater, si certò cognoscet filium unicum protocare alterum singulari certamine, & duello configere statuisse. Quero nunc exte quid ageret illa, quid diceret? quibulque lacrymis ac precibus, itemque rationibus à proposito filium reuocaret, quamque ingeniosus & disertus in ea amori ille existeret? Hac aliquid via quid in Dei amante studium saluandi animas operetur: contrâ dolor & mœror in interitu suorum: quamque validas rationes in memoriam amor iste renocet, aut dolor. Quo de spiritu qui cognoscere quid auet, Prophetas legat, hoc est, Concionatores a Deo electos, ut mundi peccata acriter reprehendant. Præcipue vero priora legenda capita Hieremias Propheta, eamque perspicet eloquentiam diuinam, qua nec M. Tullius, nec Demosthenes vti in tanta schematum ac sententiarum atque etiam exclamacionum varietate potuerunt, ad exaggerandam ac notandam ingrati animi improbitatem mortalium, quod est ab hoc Propheta prædictum. Ira enim sensusque à

Spiritu S. cordibus infusis, dicendi stipeditabat materiam, qua confundebantur pudore ingratim mortales Deo que rebelles. Idem Spiritus sensusque in Sancto Patre nostro Dominico eluxit: quem fe-^{s. D. dominicus} ruit corde arsisse veluti face incensa ob animatum, fur. quæ perirent, interitum. Qui dolor admiranda diceret compellebat inter concionandum confusione ac commotione animorum suorum auditorum. Interrogatus itaque ubi tam egregia illa, quæ prædibat, legisset, respondit breui: In libello, inquit, caritatis. Studium enim adeò incensum, ad contundendum animas, docebat admiranda ea proloqui ad conuersiōnē apta.

Hunc etiam libellum omnibus apertum legerat quoque ex parte Dei famulus *Auila*: qui concionari ingenti spiritu ac ferore cogebatur, qui motum animorum in auditentibus concitatbat. Verba enim sagitarum instar ardenter ex ardentí corde, aliorum etiam corda inflammabant. Tantus enim est Spiritus impetus, adeoque cererorum lingum superat Concionatorum, ut quemadmodum Magi Pharaonis, viss signis ac prodigijs Moysis, digitum Dei esse animaduerterunt, hoc est, virtutem vimq; supernaturem; Sic concionante P. *Auilla* hac vi ac Dei spiritu concitatos statim homines cognoscebant alio spiritu serui quam humano, quæ diceret.

Qui quis igitur vere & ex animo fructum dicendo conseguiri cupit, aliorumque vult mentes concitate, petat à Deo affectum sensumque quem alijs ut meus. Conci- quid agendis doctores eti in re dissimili. Quidam enim eorum de motu agens animorum ab oratore agitando in auditorum animis, paucis rationem expo- Horat. in nit, significans qui alium mouere vult commo- An. poe- ueri ipsum prius oportere. Sic enim Fabius Quintilianus lib. 6. c. 5. Ut à tali animo proficiatur Si vis mea. re dilection oratio, qualcum facere iudicem voleat. An ille do- est primus lebit, qui audierit me. cum hoc dicam, non dolen- ipsitibi. tem. Irascitur, si nihil ipse, qui in iram concutat, Fab. lib. cap. ex Cl. idque exigit, simile patiatur? Sicci agenti oculis, index cert. a. de Or. lacrymas dabii? Fieri nou potest. Nec incendit nisi fig- rat. Attilo. nec madeficiunt nisi humor, nec res villa dat alte- 3. Rhetor. & ri colorem, quem ipsa non habet. Hæc verba sunt arti- Plato in dialogo. ficum qui corda ex officio mouent atque impellunt auditores: fine quo motu (vt ait) nequaquam mouet alios. Verum hic affectum non concitatbat in alijs Rethorū præceptis, sed potius, ut diximus, singulare dono S. Spiritus, qui non arte aut præceptis acquiritur. Neque enim vis & facultas aut industria hominum, quod Spiritus ille ditinus effectum dabit. Ideoque non omnes Ecclesiastæ hoc prædicti spiritu, nec animos impellunt ad virtutem, neque à vitijs deterret. Re enim vera compérimus, multis esse in mundo concionatores, nec videmus vitæ comutationem in auditore. Contrà vñi hic veniente deinceps ostendam, cum de concessionibus Patris *Auilla* verba faciemus.

Notandum hinc, quæ res desiderium hoc incendet, fructus colligendi, ea est, ipsum promouisse. ^{Frustra, de-} lios peccato eximendo aut vitam in melius com- sideremus. Nullus est enim questus maior salute a- cionatoris. neque labor vtilius ponitur, quæm quælis Christi sanguis operatur. Captus itaque concionator ingenti hoc laboris sui fructu: latet in primis animam è fauibus lupi infernalis liberatam & conditoris suo restitutam, nullum non mouet lapidem concionando, ut hinc consequatur finem. Cöcipit etiam animo nouam lœtitiam spemque propriæ salutis: quod non patiatur Deus eum perire, qui alios periculo exemit. Vxor Patriarchæ La- cob, mater iam trium liberorum legit in pri- mis dixit: *Nano copulabatur mihi maritus meus.* ^{ed Gen. 29.} quod

Auilla qua intensione cathedram concionaturus ascendebat.

Apoc. 12.

Simile.

quod pepererim ei tres filios. Ad eundem modum quod gaudium ac fiduciam concipet qui prædicandi munere generit nō tres, sed quamplurimos filios spirituales ad maiorem Dei gloriam. Hac enim esca captus *Auilla*, noctes diesque laborabat venando: indeque feroꝝ atque impetus spiritus in concionando extitit ut verba omnia rationesque ad hunc dirigeret finem.

Quis sensus & intentio concionanti necessaria in lapsu peccantis, quem & Auilla possedit.

Certum id amorem dolore non carere, sic amor proximi satagere iubet salutem animarum, gaudioque affici cū remedium iuuantur: sic contra lapsus talibus amantibus doloris suppeditat materiam, vt non falsus ad Deum conuersorum tantum exhilararet, quantum tristitia in aliorum casu affigit. Hoc lacrymatur dolore Apostolus in lapsu quorundam Corinthiorum: *Ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multis lacrymas, non ut contristemini, sed ut scatis quam charitatem habeam abundantiam in vobis.* Et infra in eadem epistola quarimoniam iterat: *Timeo ne forte cum venero, non quales volo, inueniam vos: & ego inueniar a vobis, qualis non vultis; ne forte contentiones, amulatio[n]es, &c. sint inter vos; ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex ijs qui ante peccaverunt, & non egerunt penitentiam.*

Sic plorabat pioque deucebat affectu *Auilla* in lapsu suorum filiorum reputans veluti proprios. Hinc dicebat ijs se casibus humiliari, & a Deo affligi. Sensum autem istum ostendit amplius in epistola ad Galatas, propterea quod ab Euangelij sinceritate desciuissent: quod intoleranda crux Apolito fuit, eiusque exedebat præcordia hic iustus: *vt & desicer animo videretur, vt errore tato liberaretur: his verbis, v. si: Filios meos, quos iterum parvus, donec formetur Christus in vobis*, quodque literis significare non posset dolorem hinc enatum, statim subiicit: *Velle me esse apud vos modo, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis.* Quod ait, *mutare vocem meam vellim*, hoc est, figuram omnem induere extortum, nihilque intactum relinquere nunc rogando, nunc plorando: Timore quoque ac minis interdum iustitiae diuinæ. Denique optarem coram vobis transformari, vos ut malis eripiam. Id paucis inuitu verbis, *mutare vocem meam*.

Hic nimirum sensus dolorque proprius est patrum spiritualium, conspicientium filios, quos Christo generunt, in aliquam culpam lapsos, suorumque caus Angelos contristantes, & contra exhilarantes deomones. Sic Pauli iste amplus ac discipulus commoebatur in lapsu spiritualium filiorum, vt epistola quadam testatur ad concionatorem missa, cuius summā vt egregie scriptam huc ad verbum transferre placuit. Explicatis enim magnis laboribus in liberis educandis atque instituendis ne moriantur, sicuti. Siquidem moriantur (crede mihi Pater) nullus huic comparati dolor potest, neque puto Deus aliud miserandum magis martyrij genus reliquit, quam dolor in interiu[m] filiorum spiritualium in corde veri parentis. Quid nullo consolationis momentaneæ generi eripi dolor potest: neque si cogites vno mortuo alterum enasci: neque si dicas (quod solatio esse in alijs malis consuevit) *Dominus dedit, Dominus absulit: sic nomen Domini benedictum.* Cū enim malum sit animi, & iactura qua Detin anima amittit, sitque Deo dedecori, crescatque peccati regnum, nobis contrarium, nemo consolando dolori sati queat mederi. Eſi quod remedium est in obliuione mortui filij, eito excidit. Amor enim quid-

quid minutum videris audieris, mortui statim memoriam revocat, habemusque prodictionis loco non deplorare eum quem Angeli quasi deplorant, Angelorumque Dominus ploraret iterumque moreretur eius gratia, si fieri posset. Certe mors alterius dolore excedit gaudium quid natuſ sit, beneque illi eveniat. Quare qui quis pater esse vult, teneris sit visceribus, & quasi carneis, vt filii suis compatietur (quod magnum est, vt iam diximus, martyrium) Alius vero ferreus ad iuctus sustinendos ex interitu filiorum, ne patrem prosternant aut officio defungi cogant, animo delinquere: ad hec dies aliquot lacrymis se tradat. Quod est sanè Dei negotijs incommodum, quibus negotijs semper conuenit esse intentum atque assidue vigilantem. Et quamvis consilistis confixum sit doloribus, nihil tamen remittat aut relaxetur, sed si deplorare liber vnum, rideat cum altero contra atq[ue] Aaron fecit, cuius filios duos cum Deus enecasset, & à Moysē reprehensus esset, quod sacerdotis munus non recte obiuiisset, dixit ille: *Quomodo placuisse Deo in ceremonijs corde lacrymos?* Hic mihi Pater, veltigare iubemur, & dare operam, vt Deo placeamus, & cordi grata postponamus: ne viuis mortem flendo, negligencia nostra alij periclitentur. Quamobrem si boni sunt liberi, sollicitudinem adserunt: si mali sunt & improbi, ingentem gignunt tristitiam. Cor itaque parentis zelo assidue ducitur, perpetuoque orat, vero Patri celesti suorum commendans salutem: vita suā ab illoru[m] vita dependente, vt S. ait Paulus: *Vivo ego, si vos statis in Domino.*

Hactenus epistola illius verba protuli, digna quæmentibus imprimantur nostris, vt ipsa loquuntur. Certe satis declarant spiritum, zelum, ac desiderium, quo Dei iste famulus ardebat saluandorum animorum, cum adeo lapsu filiorum commoueretur.

*De proximorum caritate in isto etiaco
Concionatore.*

Neque solum Apostolum est amulatus in dolore sensuque supradicto, verum etiam in r[es] alia, quæ ad proximorum pertinet adificationem, hoc est, in tenero amore, quo & prædictus Apostolus fuit, ostenditque discipulis: quo & corda suorum sibi deuinxit, effecitq[ue], vt amarent & stimarentque doctrinam vt ab eo profectam quem amarent haberentque in pretium. Fit enim plerumque cum gratus est quisquam & acceptus, vt placeant etiam omnia illius. Amorem autem huncce Apostolus in omnibus epistolis ad spiritales filios datis monstrat, sic enim Thessalonicensibus scribens ait: *Facti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam sinus trix foreat filios suos: ita desiderantes vos, cupide volebam tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti esis.* In alia item epistola ad fideles Philippien caritatis igne succensus his verbis in extrema epistola: *Iuste fratres meis charissimi & desideratissimi, q[ui]a gaudium meum, & coronamea: sic state in Domino.* *charissimi.* Corinthiis quoque cum genitas ore sanctissimo protulisset, tandem ait: *O s[an]cti nostrum patet ad vos, o Corinthi, cor nostrum dilatum est.* Non angustiam in nobis: angustiam autem in visceribus vestris. Quibus in verbis diuinis iste amator sancto zelo expostulat non respondere illos in amando amoris magnitudini qua captus erga illos esset. Cū n[on] quomodo o[ste] ipsos facile corde complectetur, ipse tamē hac *auilla* in animi angustia ab illis viciſsim non caperetur. Sic *charitate* amabilis ille Pater *auilla* hoc ipso iam latidato e[st] *proximum latus fuerit.*

Iij minister, sibi ut animos illorum adiungat: quo sic doctrinæ ipsius essent addictiores.

Hec itaque arporis etiæ tam efficax ad animorum accipitium deesse iure optimo nō debebat huic nostro aucipi & emulatori B. Apostoli summo. Utque dicam summam: non habeo dicere, quæ re plures Christo animas lucrificerit sive doctrina in verbis, sive caritatis amorisque magnitudine una cum operibus quæ proferebat. Adeo enim adamabat omnes, & singulorum necessitatibus occurribat, quasi parens et omnium, Apostolum fecutus, cum ait: *Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem filios.* Merentes solabatur, erigebat imbecilles, fortibus animum addebat, tentatis opem ferebat, rudes docebat, excitabat ignavos, lapfos erigere studebat, asperis tamen verbis numquam, sed amicis sermonibus, non iracundus, sed spiritu lenitatis, ut idem suadet Apostolus. Proximorum inopiam suam ipse reputabat, itaque sentiebat, quodque potuit remedium attulit. Accedebat his singularis humilitas mortuumque mansuetudo (quæ duæ virtutes amabiles reddunt homines) tum verò maximè iram ita moderabatur, ut credam, quidquid accidisset, à nemine iratum conspectu: non istem quidem in alienis actueris, gaudens cum gaudientibus & flens cum flentibus.

Hunc amorem caritatemque erga omnes principia epitolarum ipsius ostendunt, amorem spirando, memoriamque eorum ad quos mittuntur: adhuc progressus in virtute studium curamque commendandi eos Domino. Verum non ut ex Rhetorium hausti preceptis (qui ita præcipit ut bene ordiri, cum quis persuaderet vult) sed a spiritu caritatis didicit, qui spiritus præcordia incenderat, cogebat que scintillas amoris exstiterentque apparere. Quo enim cor abundabat, ore illud exstiebat. Quia in re & Mysgitrum suum Paulum ostimitur, qui initio epitolarum suarum ut diximus, idem præstiterit. Spiritus enim sanctus qui Apolloto epitolarum dictabat principia, minoriam ostendens ac sollicitudinem amoremque, quo erga eos flagrabat ad quos literas daret: idem nostrum imitatorem docuit ac discipulum, idem ut perageret. Itaque ostendit hic Dei famulus præsentibus quidem concionando, & verbis, absentibus verò per epistolam erga omnes amorem in præcordijs ardenteam. Idem quoque familiares eius persuasum habebant. Ut crederet quisq; singulariter se ab illis amari & ex intimis esse. Ita enim singulos adamabat, quasi cor unum omnes essent: quod est proprium amoris in Deum fixi. Quod enim utilitas causa amat, hac cessante, cessat amor: verum quod Dei gratia amat, idque ad obedientium ipsius voluntati, hac stante amatus perpetuò.

Hoc signo effectusque amoris animos sibi eorum adiungebat, quibuscum versaretur. Ut enim nihil ignem magis accendit quam alius ignis, ita nihil & quæ amore incendit, quam amor mutuus. Et corda inter se coniuncta afficiebantur, & erga eius sermones, amores, operaque eius qui legebant epistolam: quique accipiebant eius literas, ingentis thesauri loco duebant. Qua ratione prudens hic Dei seruitus hoc amore mortuo erram emolliebat cordinum, & DEI verbo sigillum imprimebat illis doctrinæ.

Eloquentia visque disendi Aulla.

Nondum supradictis fatis disservimus de Predicatoris officio: cui est propria ac necessaria scientia & eloquentia: illa quidē ut res predicanda noscantur, hac verò ut qua ratione sint proferenda cognoscatur: & si dixerimus utrumq;

caritate, ut reliqua omnia, de quibus hastenus est pertractatum, manare equidem non abnuo, nec à veritatis scopo aberrabimus. Scientiam enim etiam caritas docet, teste Apolto, Philippensibus ^{Phil.}, scribente: *Et hoc oro, ut caritas vestra magis ac magis abundet in scientia, & in omni sensu, ut probetur postor.* Quibus verbis vides Apostolum caritati scientiam tribunre rerum saluti necessiarum. Verum enim numero præter caritatis virtutem addo *Aullam*, scientia donum singulare consecutum, & eloquentiam ad concionandi ministerium. Ad eloquentiam vero ostendam paucis expediam: fatis fuerit dixisse: is qui verè cognoscunt eloquentias fines, nulli admittit in *M.* *Aulla* scriptis desideratores. Neque enim bene dicendi vis ac facultas in multis confitit verbis idem significantibus accumulandis, neque in floribus plurimis translationum & vocis ac phrasum rariorum. Nam ut Magnus quidam Rethorica artifex ait: *Maiori animo agredienda est eloquentia: qui si toto corpore valet unius polye, & capillum reponere ad curam suam non existimabit pertinere.* Huius itaque veræ ac solidæ eloquentiae multa deprehendit in *Aulla* scriptis. Præcipue vero in eius epistolis: In his enim tristes solatur, pusillanimes erigit; alios ad tolerandos pro Christo labore hortatur: quodam ad mundi contemptum intuita, ad peccatorumque dolorem & metanciam, ad confidendum Deo, similesque affectiones ac virtutes suaderet. Idque ea dicendi vi acrationum momentis & considerationum, testimoniorum exemplorum que è sacra scriptura, & lector cōfolationis plenus ac viri persuasi discedat. Quod ut verum esse demonstrem, non abibo longius, nec plura accumulabo loca, contentus epistola secunda Tomi I. epistolarum: qua persuaderet concionatori, ut improborum contemnatis persecutions: idque Eloquentia tantisque rationum, momentis, ut vel ferre, ^{fieri} persuadeat intellectui: *Quis enim est, quæso, alias vera finis eloquentiae?* ut enim medice artis finis est, sanes reddere; ita & eloquentia est, persuadere. Ex quibus efficitur, ut medicus est præstantior, qui plurimos curat agros: ita & disertior sit, qui vehementius maiorique persuaderet impetu. Qui vero verbis id solum prætare conetur sine rationum momentis, instat est arboris frondium, floriumque plena, fructu carentis. Fieri itaque posset, tales oratores auditorum animos delectare, monere autem corda minime.

Acne elocutio quidem verborum, quibus sensus aperitur (quæ elocutio minima pars est eloquentiae) caret caritate. Huius rei comprobant adferant Demosthenis Attica principis eloquentiae exemplum. Cum enim oratoris huius pondus habeant orationes, ut potè præter ratiocinationum vim dictio quoque elaborata est, artificium egregie dissimilans actegens, quod tam propriæ loquuntur, eaque vi, ut in natura vocem haberet, non alio vteretur sermone. Hac igitur dicuntur facultas affectionis expers & artificij, quod satis sic concionatoris sensu mentis explicasse. Hic maximè sermo ad persuadendum aptus, & ad commouendum idoneus. Si metaphoris interdum vtatur, ex sunt quæ rem maximè propriæ efferunt, quam explicare volunt, ex ipsis rebus, de quibus agitur, & non aliunde perit. Qui enim Ecclesiast. fecis faciunt, suam ostentant elegantiam, parum se proficeret. Auditores enim iudicio pollentes, intelligunt huiusmodi concionatorem se ipsum audire, sibique placere atque iactare: eloquentem se magis exhibere quam profectus auditorum studiosum. Quamque dixerit elegantius, tanto proficiet minus. Vera est Fabius, enim magni Rethoris illa sententia: *Laceri sensu sunt orationes.*

oratione, in qua verba laudantur: Talia enim verba attentionem ad sententias adimunt: neque confiderant quid dicatur, dum quomodo dicatur attendit. Tales Ecclesiastē illud capitum commodi, quod semper finem consequuntur suum, nimirum suis ut placent auditoribus, magis quam ut cor feriant: opertent ad hanc magis à populo laudari, quam ut Christi gloriam conseruantur. At qui placere Christo studeat, neque ab hominum perturbatione distorum pender arbitrio, sed à Dei testimonio & sua conscientia, det operam, ut ad huius *Aville* scē stylum comparet anxietate vacuum & vanitate ac fuso. Sic fiet ut amplius rationibus quam phrasium elegantia & venustate persuadeat.

Si quis forte eloquentia ipsius habere exempla voleret, legat eius commentarij in *Audi filia*, caput tricelimum secundum: vbi disertè de diaina misericordia agit, utque' facil è Ezechia Regi indulxit, pronunciata iam reuocando sententiam. Lustret item capit ostaum & sexagesimum ad illum Cantorum 3. locum: *Venite filiae Sion, & videbitis regem Salomonem cum corona qua coronauit eum mater eius*, &c. Neque maiorem requiri eloquentiam: verum non è præceptis ac regulis Rhetorum haustam', et si ijs fatis respondeant, sed à caritate & præcordijs cōmiserant, quibus erga Christum prædictus erat. Est etenim proprius affectuum ac passionum, tamen si sint vehementes, eloquentes reddere: ut verò maximè amor id est ac doloris proprium: quibus è fôribus eius loci promanauit elocutio, penna quidem scribente quidquid amor dolorque, vel, ut veritas dicam, Spiritus S. suggerebat,

DE LVMINE SINGVLARI ATQVE intellectu famulo Dei *Avilla* concessis,

CAPVT III.

Dictum adhuc de nostri Ecclesiastē eloquentia. Agendum nunc de re grauiore, scientia nimurum ac lumine speciali, quod ei est largitus Deus. Cumque nihil eius scientiæ nobis est reuelatum, coniecturis est vtendum atque argumentis, quæ id doceant.

Primum sit itaque mirabilis fructus atque inusitatus supra quam dici potest, quem è concionibus per totam ferè Bœticam collegit; peccatis multas eximens animas, alios vitam mutare in melius cogens, qua de re nunc dicendi locus. Cum enim proprium sit verbo Dei, ne vacuum redeat, ut Prophete verbis vtar, sed potius quod vult, feliciter transfigat, argumento est Dei verbo id factum, à Deo illi concessio, cuius tam illustria existerent effecta.

Transamus autem ad maius huius gratiæ inditum, hoc est facilitatem ac promptitudinem, qua in Sermonibus est vñus, item in epistolis sacris ad amicos datis. Dicere enim mihi solitus, nostrum, quæ concionem antecederet, studijs sibi sufficere. Cum sint autem tales conciones, à multisque frequentata, duarum interdum horarum, vñus dum taxat noctis studium impendebat, ut plus in dicendo publicè, quam in studendo & discendo tempus collocaret: cum plerique solidam tribuant hebdomadē, multis interim sursum deorsum excusis libris. Verum quod de S. tertio Antonio, memoriam illi librorum vicem præstissem: sic noster *Avilla* librorum loco Spiritus S. luce in pectori est vñus, qua lux, quid dicendum esset, communistrabat. Cum verò aliquando statuisset breuius concionari, id sibi laboriosus esse quam longius dicere asserebat. Ex quo efficitur eas opes, & rerum copiam illi à Spiritu sancto fuisse oblatas, ut majori indigeret studio, non ad excogitandum, quid diceret, sed ut quid, non esset

dicendum, prouideret. Verum de concionum eius vi atque energia, deinceps me dictum promiseram: nunc verò agam de eius epistolis, in quibus nō eius minor quam in concionibus eloquentia eniuit.

De epistolarum eius elegantia.

Primū cùm Dei famulus (vt diximus initio) seruare quod Apostolus postulat, decreuisset, *1. Cor. 11.* eius ut imitatores essemus, ut ipse Christi. Habens perspectiū B. Apollolum non præsentem modò verbi, sed & absentem per epistolam attrahere cunctos ad Christum conatum, ita humili iste discipulus, eiusque imitator vtraque expressit, ut pressens simili & absens idem obiret munus. Quamobrem inter omnes autem Concionatores hac vna diligentia eniuit, variis scribendo epistolas varijs in rebus necessariis, quas hodie typis editas evoluimus, quas tamen numquam lucem aspecturas opinabatur, ut hodie foras sunt datae cura atque industria fidorum sodalium, qui eas vindique collegeant. Igitur ut homo hoc desiderio lucrandi animas raptus, omnibus & locis & temporibus hoc agebat domi forisque, verba publice faciendo, priuatum vero epistolas conscribendo.

Apparet in his epistolis Domini singularis gratia quallum impertivit. Cum enim tot tantaque argumenti, scribendi essent genera, quot erant necessitatum quæ se ingenerent; Singulis adeo diligenter incubuit, quasi singulas tantum tractare statuisset. Ita solatur tristes, infirmi animum addit, tepidos excitat, pusillanimes confirmat, tentatis fert opem, lapsos deplorat, arrogantes deprimit: mitumq; adeo, quo artificio inimici infidias aperit: quæ fuggerat illi aduersaria: quæ signa, quibus hominem profecisse cognoscas, aut contraria defecisse. Ut deprimat vires naturæ, attollat verò gratia: quibus verbis mundi declarat vanitatem, & peccati turpitudinem: quot quantaque vitæ sint discrimina. Quam disertus, vber, & assiduus excitandinos ad confendum paternæ Dei prouidentiæ, meritis denique & sanguini Christi.

Vtque verum ostendat illud Apostoli: *Quaecunq; que scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta esse, ut per patientiam & consolationem nostra inualeat spiritus: notandum sane quanta in verbis eius vis ad patienter aduersa toleranda, ad mœstos exhilarandos, & trifles consolando. Quia in re adeo excelluit, ut dicere ex parte Prophetæ illud posset: Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciām sustentare eam, quia lapsus est verbo.*

Neque hic substitutus eius industria: varijs status homines officij admonet sui, eundem amulatus Apo- *Admonet of-
stolum, qui in extremo cuiusque epistolæ idem ter-
status homi-
nes Avilla.*
ficij sive vary-
stus. Sic erudit per epistolam Tropargas, mulieris ut sui meminiserent, sacerdotibus adhac consilium dat ut sacris dignè operentur: & Ecclesiastis, ut cum fructu ad populum verba faciant. Virginibus verò Christo despensis, integratatem ut Virgineam conferunt: & sic de ceteris ad eundem modum. Ex quibus apparet pectus *Avilla* officinam adideri, qua sacer Spiritus medelam deposituerit necessariam tot morborum curationem quibus animi nostri obnoxij sint, quæ animorum necessitas quam corporum maior est.

Tametsi admiranda illa sunt quæ dixi, attamen rudi meo intellectu, verum ut fatear, admirandum *Quam promi-
magis scribendi epistolæ illas promptitudine ac faci-
plus fuerit in
scribenda e-
litæ. Cùm sint enim aptæ adeo, &c, ut ita dicam, ne-
cessaria ad persuadendum rationes rei quæ de agitur
tam prompte & expedite scribentur, ut sine litura
aut*

aut nihil emendando (neque enim locus tempus us
suppetebat) vi, scriptae erant sic mittebantur. Viri
autem docti cum quid elaboratae conscribunt, ite-
rū iterumque relegunt ac reueluant, addendo, de-
mendo, & singula pene verba expendendo: vt de
Principe eloquentia Demostheni laborioso admo-
dum refertur: cuius ea de causa orationes lucernam
olere dicebantur. Id cum ita se habeat, tales *Aquila*
sunt epistolæ sacra, qualesque depinximus, q̄ præter
semel scripsisse nihil amplius laboris exigeabant. Po-
terat itaque aliquo modo cum Prophetæ regio di-
cere: *Linguam et calamus scriba velociter scribentis.*

Psal. 44.

Quod eo asserit, cum illi, vt & alijs Prophetis, qui à
Spiritu sancto inspirati vaticinabantur, deliberan-
dum non erat, nec ponderanda verba, sed velut or-
gana aperito ore linguam, ut placitum erat, rege-
bat. Hoc in Dei famulo ita vñi venit, currente di-
ctionis torrente, qua diximus facilitate.

Rom. 1.

Notandum & in his cùm multæ eius literæ ad
maginos viros, aliae ad medicos sint date, sèpè eti-
am ad humiles scripsit personas: ad quas eadem scrip-
ta caritate copiose ad rem quod faceret, ut necessi-
tas exigebat: debuorem se cum Apostolo agnoscens
sapiensibus iuxta & insipientibus. Cumque sit prudé-
tum proprium cum similibus libenter colloqui, non
autem cum hebetibus & indoctis, hic tam libenter
copioseque ruditibus scribebat ut doctis ac magnati-
bus: ut pōrè qui in singulis Christum dumtaxat con-
siderabat, ut eius sanguine redemptis, vnde vera il-
lis nobilitas: cum qua ceteri collati nobiles nihil ei-
se videantur.

Sep. 7.

Finem dicendi ut faciam, prudens qui quis lectis
hinc epistolis *Aquila*, notatisque que iam admo-
nitionis, argumenti nimurum varietate, sententiarū
sublimum pondere, rationum momentis, locisque
S. Scripturæ, & præcipue scribentis facilitas, ac
promptitudo, certe digitum DEI hinc esse intelli-
get.

Eccles. 39. n. 6.

Quodque hinc mirandum magis, non modò facul-
tas hic & gratia in materia spiritualium rerum sup-
petebat, ut in his potissimum exercitatus, verum eti-
am in ijs quæ ad Rempublicanæ Christianam gubernan-
dam pertineret. Clarum id manifestumque fa-
cit epistola ad Hispanensem Senatorem consilia pre-
bens ac præcepta gubernandi, non secus atque in
publicis atatem negotiis consumplisset. Quæ sane si
seruarentur consilia, felicissimè longè ciuitas, quām fi-
cta illa à Platone Resp. gubernaretur. Neque pro-
fecto id mirandum, quia de tali spiritu scriptura ait:
Vnicus est & multiplex. Vnicus quidem, multiplex
tamen. Omnia enim intelligit, & subtilitate ac puri-
tate peruidat. Vero autem simile hanc intelligenti-
am preicatione potissimum esse adeptum. Itaque
impletum in illo Siracidæ dictum illud: *Inustus ad
vigilandum cor suum tradere disculo ad Dominum,*
qui creauit illum & aperiet os suum in oratione, & pro
delictis suis deprecabatur. Addit mox orationis fru-
ctum: *Si enim magnus Dominus voluerit, replebit il-
lum spiritu intelligentie: & ipsæ tanquam imbre, mit-
tet eloqua sapientie sua, & in oratione confitebitur
Domino.*

Id hodie qui superstites sumus impletum vide-
mus, audiuiimus enim dum spiraret docentem: &
nunc quam iucunda & grata memoria in cordibus
eorum, qui eum gratae audierunt, indies proficiunt,
lectisque eius epistolis magis magisque proficiunt.

De conceptorum eius acuminibus.

AD hoc maius suppetit argumentum supradi-
ctis præstantiis, conceptus nimurum de virtu-
tibus rebusque adeo spiritualibus. Quamob-

rem Theologus insignis, lectis eius operibus admira-
batur, quām recte Dei famulus rem Christianam
traderet. Cuius rei cauillam dum quaro, compri-
altam & inusitatam virtute prædictorum vitam ne-
cessariò sensum habere virtutum rerumque diuina-
rum, à quibus superantur; ut sit propria, sibi quæ
respondeant virtutes, & inde nati conceptus. Qua-
lis est in imagine pœta à Pictore, & idea mente con-
cepta. Ex hac enim interior veluti causa formalis
exterior forma procedit, quam depinxit. Huic rei
intelligenda, quæ momenti est maioris, necessariò
hic referendi sunt conceptus aliquot illius ex ipsa
hausti scriptura, & in eius epistolis leguntur, in quibus
apparet quid de his sentiret. Et verò, mea quidem
sententia, fructus vberrimi ex hac eius vita hi-
storia existent, si ad perfectionem aspirans det ope-
ram, ut eadem concipiatur, sentiatque de rebus spiri-
tualibus, quæ iste *Aquila* sentit. Quare mirari desi-
nat prius lector, si hic non nihil harenz quādam ex epi-
stolis eius deponam. Præter enim supradictum
fructum, quas profero sententias lecū adserit dig-
nissimas.

Vt autem intelligentur rectius, ponendum pri-
mò, inter omnes Christianæ Philosophiæ partes esse,
in pretio habere dignitatem ac pondus rerum spiri-
tualium, appendens non pondere Canaan, hoc est,
fallaci iudicio secularium, qui bonum damnant, &
vitium laudent; sed potius pondere sanctuarij, id
est, Dei iudicio ac Sanctorum: qui rem quamvis pondere
estimant, & pro rata parte amant & expetunt.
Gloriatur sponsa in Cantico super hoc dono his
verbis: *Ordinavit in me spiritus caritatem, hoc est, a Canticis
morem temperandum esse, & quidque preut amari
meretur. Id fieri non potest, nisi quantum quidque
valeat cognoscatur, & rei cuiusque premium: cui
tantifiat, & amor cuiusque applicetur.* Id adeo in vir-
tutis studio valet, ut dixerit Seneca: *Quid tam ne-
cessarium, quam pretia rebus imponere?*

Nunc ad rem propriam ut veniam, inter indicia
seruum hunc Dei lumen singulare à Spiritu sancto
concepitur, conceptus est altitudo de virtutibus re-
busque adeo omnibus spiritualibus. Clarum id euadet
ex aliquot sensibus eius verbis ipsius allatis, ut
ab illo literis mandati sunt.

Quid de Concionatoris sentiret officio.

Igitur ducto initio ab estimatione quam de Con-
cionatoris officio haberet, lege epistolam primam
Tomi I. quid hac de re senserit deprehendes, quā-
que purè mente intendere debeat, & orationi simul
& lacrymis vacare ab his adiutus flagitans à Deo
animarum conversionem: in quo plus studij, quam
in verbis collocabit, quāque cura ac sollicitudine &
labore simul & patientia educandi, tuendique filii
spiritualis, qui semine verbi Dei sit genitus: quo item
sensi doloris viscerum debeat commoneri, cum
quis in peccatum prolapsus est. Hac lesta epistola
notabit, quām absint longius à spiritu plerique qui
hoc dicendi munere funguntur. Qui etiam pulpitum
ad docendum concensuri orant Deum, res ut
benè éueniat: Verum nouit Deus, quo spiritu funda-
tur precatio, an ex suamore & mundi metu: vel ex
amore Dei, & desiderio animas saluandi. Philautia
enim seu coeus amor sui, qui præcordia nostra ple-
rumque obsidet, ut subtilis est, vndique se ingerit,
adeoque occulte vix ut agnoscatur: fallitque non
rarò, si eosque decipit possessores, teste beato Gre-
gorio Pontif.

Concionator itaque qui planè officij sui magni-
tudinem auet cognoscere, ad animas saluandas, qua *Concionator*
Diuina gratia à Deo condita sunt, & homo factus est, mor-
tuus quo

tinusque in cruce idemque munus in terris obiuit, (cuius in locum Concionator suffectus est) legat ex-pendatque primam illam epistolam, disserit; quid iudicandum de sublimi hoc officio, nam lectu sanè dignissima est.

Quid de Sacerdotij senserit dignitate.

A Concionatoris dignitate ad Sacerdotij transamus. Apparebit enim quām diuersēà vul-gi opinione de ea sentiat. Clarum id ē septi-ma epistola, qua iuueni consilium flagitanti respon-det. Si gradus Sacerdotij essent obeundi: cuius verba apponere non pigebit.

Olim cū sacerdotium in pretio haberetur ali-quo de multis, nemo nisi qui Episcopus crearetur, illud sufficiiebat, vel cū animarum esset cura ge-renda, vel qui in prædicatione verbi Dei excelleret. Reliqui vero Ecclesiastici Diaconorum vel Subdia-conorum titulo vel minoribus etiam gradibus con-tenti atatem agebant, tunc reuera gradibus inferiores sublimem degebant vitam: at nunc contrā sit, qui summo sunt decorati sacerdotio, ne Lectorum quidem & Ostiariorum vitam agunt. Crede mihi frater, vnu dēmon, his temporibus eam indidit arrogantium ad Sacerdotium temere irrumpendi: vt si apicem ac verticem templi tenerent, eos inde depellat. Non ea enim Christi doctrina est, sed vita agenda, quam dignatio mereatur: fugiendi que ho-nores & amplectenda potius innocēns tuaque hu-militas, etiam in extensis rebus: & non ad summa contendendum, vbi maior defauit ventorum pro-cellā, Vtīnam, mi frater intelligeres, qualem esse in terris deceat Sacerdotem, & quæ ratio fit coram Deo ponenda hinc emigranti? Verbis sanè consequi non possum quia sanctignonia requiratur, vt officium ex-erceat aperiēdi & claudendi lingua sua cœlos. Eius-que vocatione, vniuersi Dominum accedere, factū que patronum hominēm totius vniuersi instar ma-gistri ac redemptoris Iesu Christi de cruce penden-tis. Frater cur alto huic pelago te committis ac flu-ribus, & obnoxius vis fieri ineundā difficultis ratio-nis in mortis agone: cū in humili etiam statu ex-tremo etiam die onus ingens geltare tibi videberis: quid si onus illud subreas ipsis etiam Angelis tremē-dum. Quare hanc vitæ rationem in eas, in qua minus anima periclitetur salutis, non honorem in oculis mortalium affectes. Hoc quidem consilium aliquā-do tibi placebit, atque a deo ipsis qui contraria sua-dent. Ignorantes enim quid Sacerdos sit, respiciunt-que non ad rationem ante & vitæ Deo aliquando reddendam, sed ad honores sacerdūli apud affines & propinquos, amicosque in tam tremendos coniūciū laqueos: sibi interim consultum opinantes, ad Deū quod attinet ipse videbit, aiunt. Consilium, mifra-ter, reuerā carnis est, quo multi in præcepis ruunt, coacti sacrofæcum hoc sufficiere munus, vt habe-ant quo se pascant, fingeentes interea Deo se seruire. O errore ingentem, prædicare & facis operari, vt te alas! Cœlum terræ subiçere, & anima panem vē-tri condonare. Queritur de hoc Christus Saluator, non te queri propter se, sed ventris cuiusque causā; de quibus vt de Diuina maiestatis contemptoribus sumet aliquando supplicium. Quanto foret melius mechanicum discere artificium, vt à multis olim Sanctis factitatum, aut valetudinarium ad ægris subseruendum ingredi, aut Sacerdotis se famulum præstare, itaque pasci, quām ausū temerario cœlum conculcare, vt terram obeat, cū contra Deus præ-cepit. Vide mi frater, quid faciendum suadeam, si Deo liber placere, & in eius hæres obsequio. Hæc mea de sancto Sacerdotio sententia est: quod mallē

à longè venerareris, quām vt proprius complectaris, vt quæ dignitatē Hera, non sponsa ducas loço. Etli quid conandum Hypodiacoitus fias, & post trien-nium diaconus: quo in ordine maneras, nisi certa Spi-ritus sancti ducaris conjectura ad maiorem te gra-dum à Deo vocari. Melius tecum agitur sine reditu Ecclesiastico, quām Romæ versari cum eius opibus qui te eo invitāt. Cognoscas licet ægrorum dignita-ten quibus subserius, ferasque mores eorum qui-bus cum degis. Cogita in schola patientiae & humi-litatis & charitatis te versari erisque ditior, quām quidquid à Pontifice positis expectare.

Habes Epistolę verba, vnde satis clarum, quām diuersēà senserit *Anulla* à vulgi opinione de Sacer-dotij dignitate: vulgi inquam, quod audacter, & im-paratè captant dignitates Sacerdotij, quasi ars esset mechanica ad se potius alendum corpusque curan-dum, quām vt animæ medicinam adferant. Utq[ue] hoc sanctuarium temere irrumpunt, tales & pie-tas eorum ac reuerentia qua munus administrant. Rigidum fortasse quibusdam nimis hoc iudicium videatur, consuetudinem huius tempestatis obijcē-do: at verò Pater iste pondere Sanctuarij (vt iam di-ximus) rem expendit: hoc est, astimans dignitatem more institutoque veterum Patrum, quorum rege-batur iudicio, non improbitate ac leuitate nostrorū temporum. Cyprianus epistola quadam ad popu-lum, Lectorum se creasse iuuenem profitetur, quod in fidei confessione in medio tormentorum constas perseueras. Ideoque se purgat quod consuetudini hac in re non paruisse: negans necessarium videri testimonium hominumque suffragium vbi Dei sen-tentia klareret. Hinc eficio, si ad gradum Lectoris, qui inter minimos est, consilio erat opus, quid quæso ad Sacerdotij dignitatem, non requiritur? quam S. Marcus & B. Ffanciūs recusarunt, & suscepit qui-dem B. August. non sponte tamen, sed coactus, vt Episcopo suo morem gereret. Horum sanè iudicio acquiescebat *Anulla*, non temporum calculo & consuetudini.

De preparatione ad Missæ sacrificium.
quid senserit?

Cognito quām graviter ille sensit de sacerdo-tij dignitate, reliquā est, qua celebrandi præ-paratione se comparārit, animaduertamus. Hinc etiam intelligere licet, vt se huic muneri cō-pararet indies, quod hād dubie non doceret alios, quin idem ipse præstaret: quin est verisimile superal-ter etiam ea quæ alij suaderet. Quæ consideratio ad virtutum pertinet historiam vitamque religiosi vi-ri, quo de nobis sermo est. Quare illis ipsis verbis, quibus informando vltis est, quid ageret cognosce-mus. Exemplo quoque huius Sacerdotes dicent, vt se ad Missam præparare debeant. Septima enim epि-stola Sacerdotem erudit, qua se ratione ad Missæ sa-crifictum præparet, his vltis verbis:

Præmit regula, vt à somno experrectus, ad au-sacredos quæ-
res sonare sibi hæc verba videatur? Ecce sponsus ve-modose
nit. Præcipue verò si magnus sit Dominus, sollicitum preparare
tenet eum qui hospitio sit accepturus: quanto magis
eum accipiendum hospitem, qui hospitium eo die sit
occupaturus: cùm sit sublimis adeo nobisque con-Matt. 16.
iunctus vt ab Angelis adoratus, & nobiscum vt fra-debeat ad
ter conuerstus? Hac meditatione horas recitet ca-nonicas, deinde quiete se det ad horam cum dimi-nia: altè speculando, quis est quem ore recipiet: ob-stupescat verò vermem fœtidum tam familiariter
cum Deo suo aucturum: & intei roget: Domine mi,
quis te in huius peccatoris manus pertraxit, iterum
Lucas
men.

mento Petri indignum se & stimantis, qui eadem in naticula cum Christo sublitteret. Centurio etiam tecum accipere non audet: similiisque confidera ut timerem discas horam & opus adeo tremendum & tantam reuereri maiestate. Cogita exemplar id vitæ necisque Salvatoris esse, eius etiam facti cum Pater æternus filium misit in viscera Virginis, ut mundus saluus fieret. Nunc itaque medicinam adhibet daturque thesauro quem crucis ligno acquisiuit. Deinde precare Dominum per illud Incarnationis gaudium gratiam sibi impetrer bene recipiendo & tractandi Christum quem vtero illa concepit. Missa peracto facio dimidia se hora colligat, aut integrâ, Deoque gratias agat pro tanto beneficio veniendo in stabulum indignum. Veniam postulet hospitiij inquit: roget, ut augeat beneficium, ut pote qui gratiam gratia soleret adjicere.

Hætenus prima ad verbum epistola est; in sequente vero idem tractat argumentum. Sacerdotem ut se preparare debeat docens. Ait enim primò considerandum Dominum quis cum agimus, Deum ipsum esse hominem, simile videat qua de causa ad altare accedat. Certe validum est telum ad excitandum hominem verè animaduertere: Deum consecratus accedo, utque manibus contrectem atque alloquar, & pectoris denique recipiam, id iterū atque iterum considera, & si Domini spiritu ita fencies, latitatis est superque ut quo est opus adueniat, utque pro imbecillitate nostra debitum persoluamus officium. Quis, queso, non flagret amore, cogitans, infinitum recipiam bonum? Ecquis non tremat, amica quadam reuerentia illius, ad quem potestates colorum contremiscunt? idque non offendend, sed loquendo tantum & obsequendo. Quem non pudeat, & ingemiscat, quod Dominum sibi iam præsentem offendit? Quis tali pignore non confidat. Ecquis pertinetia agere nolit per desertum tali munitione viatico? Denique hæc meditatio, cum Dei manus collaborat mutat integrè & absorbet hominem, ut extra se positus nunc cum reuerentia, nunc amore & alijs vehementibus affectionibus, quas præfentia Dei considera: id provocavit: quia etiæ necessariò non consequitur ex illa consideratione, vehementer tamen profund, nisi si quod vulgo dicitur, petra durior velit apparere, claudat se itaque suo corde, aperiat que ut illum recipiat qui tali fulgure solet accedere. Roget eudem Dominum per eandem bonitatem, qua tanto afficit beneficium in manus eius veniendo: eademque sensum estimandi, reuerendi & amandi, ut par est, largiatur. Ej post non longè sicut: Dominus quid sentit anima, cum eum manibus tenet, quæ virgo sanctissima tenuit, electa & coelestibz dorata gratijs, ut cum Deo iam incarnato versaretur. Confer brachia eius, manus & oculos cum tuis: quanta hic confusio? quantum hoc obstrictus beneficio? quæ caute se custodiat qui honore illo afficit veniendo in eius manus, idque verbis consecrationis! Hæc, Domine, non nuda sunt verba, non meditationes mortuæ, sed sagittæ potenti Dei arcu emissæ: quæ sagittæ ferunt mutantque cor & desiderare cogunt, ut finita re diuina consideret homo illud Christi dictum. Scitis quid secum vobis. Domine vtinam scirem hac hora quid feceris nobis. Vtinam gutarem palato animæ! vtinam bilancem minimè fallacem ad rem expendendam haberem! Felix sanè super terram existerem! Quomodo non finito sacrificio res creatas aspiciens radio afficeretur & ingenti cruciatu eas tractarer: & quam non libenter cogitaret, Quid fecerit mihi Dominus? idque ad sequentis vñq; diei sacram.

Finem his addamus bonis adeo & ad exequendum necessarijs: rogemusque Domum, ut vnum

id alterumque conferat beneficium: quandoquid dona illius nisi gratae astimantur, nobis nihil profund, imo, vt S. ait Bernardus de homine ingrato, eo ipso pessimus est quo optimus. Vide quomodo videt quisque quomodo diem transfigat, ne nos puniat illo momento quo altari astamus. Hæc per dies mediremur: Accepi Dominum hospitio; mensa eius assedi, & cras rursum cum illo accumbam; sic vitium omne fugiemus, & virtutem completemur.

Hæc epistolæ verba, quibus appetit partim quid Dei famulus de præparatione celebrandi sentiret adigne Sacramentum altaris conrectandum; partim etiam flendi suppeditat materiam, animo volvens quā diversè se comparere ad celebrandum hodie hoc Missa sacrum quiuis Sacerdos. Ob defectum autem præparationis ac reuerentia cùm Paulus affirmet, Deum fideles Corinthios castigasse, nihil sane mirandum eandem ob culpam hodie Christianam plebem tot tantisque flagellis à Deo vrgeri: cùm qui ex officio placere Deum teneantur, & offere facrum pro peccatis populi, adeo negligenter id faciant, ut qui Deum placent indigeant ipsi: itaq; implentur mina Dei per Prophetam: *Quos si de eius virum qui interponeret se pèrem, & fuerit oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non innueni. Et effundetur eis indignationem meam, in igne ira mea consumptas.*

De charitate & amore Dei.

CVM sit finis huius narrationis, sic & Catholice scripturæ inducere homines, ut à virtutis abhorreant, virtutesque adament, de harum quibusdam prætractare ingredior, referens quid hic Dei famulus de illis sentiret, aliter longè atque vulgus hominum de harum sentiens differentia. Quā id circò proponimus non modo ut quid senserit de ijs, cognoscamus, verum ut imitetur de rebus cum illo contentiendo. Ait summam legis in caritate consistere, ad virtutis autem satisfactionem consulit nobis *Anilla* duplice consideratione, *commentario in Audi filia.* Quarum una consideratio nascitur, se ipse considerando, & altera Christum contemplando. Prior illis nititur Ecclesiastici verbis: *Intellige quas sunt proximi tui ex te ipso.*

Ex ijs enim quæ homini accidentunt, ut in tolerâdis aduersis & in remedij inuestigandis sentiat, sciatq; quod sit proximus. Est enim eiusdem cum illo natura, & commiserando consideret, opem ferat, toleretque ijs oculis quibus sua considerat, opemque efflagitat. Alioqui quid potest detestandum esse magis quam misericordiam efflagitare suorum erratorum, & aliena grauiter vindicare? Quisquis obseruari se latagit consolationemque expectat, ipse tristis ac rerum negligens alienarum, hominis sanè est indignus nomine, quia humana humanis, id est, pijs. non considerat oculis. Ait Scriptura: *Pondu & pœnula, mensura & mensura: virumque abominabile est apud Deum.* Quali dicat, qui mensuram habet magnâ ad recipiendum, ad dandum vero exiguum diuinis displicet oculis, punieturque quia non mensurat proximo ea misericordia quam sibi exoptat. Huic Deus crudeliter & anguste mensurabit, ut illo proximo soleret. Audiet alioqui quod eadem Scriptura dicit: *Qui obduratur aures suam ad clamores pau-prouis, & ipse clamabit, & non exaudietur, inops est qui quis & re aliqua semper indiger. Vide igitur si sursum te ad proximi præstas necessitatem, talen & Deum erga te vicissim experieris. Sciat quisque quæ mensura cum proximo vtitur, Christum eadem mensurum: neque ignorare, nisi tu vicissim alteri ignoreras, ingratus ingratum experieris, & mole-*

stus molestum: grauem quoque vindicem iniuriam alteri inferenti: benevolum quoque erga largum in alios. Fieri enim non potest, vt qui spinas feminas proximo, sicut à Deo colligat. Hinc sit paucos hodie suauiter à Deo accipi, multos contra querulos reperi quod Deus mala illis non eripiat. Miserantur Deum dolores immittere intus forisque, præsertim cùm misericors nominetur: qui inuocant, petunt, querunt, & non inueniunt medelam: quocirca fit ut expostulent: verùm nisi ad Dei legem obsurdissent, quām in Euangeliō promulgauit. *Quia, inquit, mens tua mens fueritis, remetetur vobis.* cernerent utique illos in Deum peccare, non contrā Deum erga illos. De se ipsi potius conquerantur, quòd proximum non ament; at Deus ipse caritas est, nec fas est eandem erga eos exercere qui proximum non diligunt.

Matt. 7, 2.

1. Ioan. 4.

Amoris huius, qui nascitur homini seipsum consideranti, pias duas considerationes addit, natas ex Christi aspectu: de quibus *Aula agit cap. 95. & 96.* eiusdem libelli in *Audi filia.* In prima consideratione sic loquitur cap. 95.

At pice Christum, & cogita quia Dei Filius misericordia homo est factus hominum causa: & quanta cura per omnem vitam bonum illius quefuit, quantoque amore ac dolore vitam in Cruce homini condonavit. Sic te ipsum contemplando proximum humanis conspexit oculis. Sic Christum contemplando Christianis oculis aspicies proximos, hoc est, oculis quibus te aspexit.

Post hanc considerationem qui ex Christi enascerit aspectu, aliam adiicit non minus priore admirandam, haustam quoque ex Christi contemplatione. Sic enim ait:

Etsi verum sit, honorum quae Deus largitur homini non querere retributionem (nullius enim indiget, & sola benignitate quidquid agit operatur) mercedem vero quam poscit, proximus debetur in opia laborantibus, & amore ac subsidio indigentibus. Hanc considerationem altius prosequitur, mea quidem sententia, quam priorem, cap. nimirum 96. quòd lectorum Christianum ablego: ideo quae in manibus esse debet, ut opusculum vere admirandum.

De pœnitentia virtute, & peccatorum dolore.

Dolor pœc.
torum ex
amore nasci-
tur.

Quomodo
pœnitentiam
exstant posse

Cum de caritate dixerim, reliquum est ut de peccatorum agamus dolore: quæ peccata caritatem extingunt. Ut enim corpus umbra sequitur, sic dolor peccati ex amore nascitur erga eum qui offensus est, vnaque crescit & decrescit. Dum enim quisque magis amat, magis etiam eius quem amat offensione dolet. Cumque multa sint quæ hunc concident peccati dolorem & auerionem adferant à delictis; præcipuum est considerare peccata Dei filium in cruce sustulisse: nisi enim peccasset homo, cruci affigi illum non oportuerat. Quod ut intelligatur melius, ponendum est Patrem coelestem infinita benignitatis ac misericordie visceribus, & si alijs multis modis mederi mundo potuisset, si libuisset, optimum factu visum certò statuere ut vñigenitus filius eius mundi redemptor fieret, qui malis nostris abundè mederi posset. Quorum malorum erat nos Dei esse inimicos. Primum itaque ac princeps opus reparacionis fuit, Patri nos reconciliare: idque satisfaciendo rigor iustitiae, in Passionis sacrificio pro debitibus cunctis ac peccatis generis humani. Cumque debita, eti grauissima, quod essent contra maiestatem infinitam; erant etiam ex parte hominis, tot bene-

ficijs obstricti, grauissima. Grauissimos quoque voluit dolores perpeti & iniurias, quo copiosior esset satisfactio. I. Etis hisce fundamentis valet momentum huius considerationis, vt *Aula nobilis* cuidam scribit, hortans, vt de peccatis, dolens resipiscat.

If forte queras, quid cogitandum ut mea deplorrem commissa flagitia? Respondeo propterea quod parentem occiderunt, hoc est, Christum. Nescio quis filius ob quodvis flagitiū tantum mali parenti adferret, ut bonis spoliaret, domo expellere, vestibus nudaret, & nudum relictum post contumelia afficeret, & opprobrijs surumè oneraret: neque his contentus etiam flagellaret, questionibus subiiceret, denique etiam occideret, idq; ob filij delistum. Non esset filius adeo improbus tametsi insignite improbus foret, quin animo contristaretur ob comissum mali: cùm facile excusare posset unde tantum mali patri esset allati. Dic mihi quæso, quis Christū depauperavit? quis dishonestauit? ecquis flagellauit? quis coronauit? in cruce sustulit? Num quid a liud forasle quam peccatum? Ego affixi, trittemq; reddidi meis praus voluptatibus. Ego ignominia affeci, vt me male extollerem. Voluptates corpore meo assumptæ adeo eius corpus deformarunt, columnæ alligatum. Cumque vitam haurire malam studui, vitam illæ suam salutarem proieci & condonauit. Quomodo itaque latabimur admissi tali flagitiis in eum qui tam bene de nobis est meritus? Quidni conditæ res omnes non vindicent iniuriam Conditoris illatam? Nullum sanè maius onus humeris nostris imponi potest, ad plorandum & ad horrorem de peccatis concipiendum, quam dicendo, Christum pro peccatis passum esse. Nihil equidem humilliat magis atque annihilat quam animo revoluere, nos mortis Christi auctores fuisse. Utinam id agitassemus antequam peccaremus, vt mori potius quam peccare mallemus. Putabat filius nihil se admodum facere: mox rem expendens, Deum in cruce mortuum, vt peccatum pondere vinceret. Quo vultu Patrem cernemus eternum, quæ nostra dementia in eas adduximus angustias: vel quo eos Pater vultu aspiciet, vt non abhorreat a nobis sui contemptoribus vereque parricidis: qui que non vulgaria, sed crudelissima mereantur tormenta.

O bonitas diuina, quousque pertinges? miramur te in cruce pendente pro crucifigentibus orasse: beneque precatum iis qui tam male te accipserint. Quare affirmo non erga hos solum monstrasse benignum, verum etiam mundo vniuerso quantum illis præfisiisti. Si enim pro crucifigentibus Patrem rogaisti, omnes te cruci affigimus, vt & ipsi, & nos omnes pro illa oratione ad Patrem simul debeamus, & forte amplius quam ignari illi satellites qui præsentes cruci astabant. Omnes nos quidem Christe in tuam coniurauimus mortem, & in omnes nos quadrat illud tuum: *Nesciunt quid faciant.* Qns queso adeo tibi infestus qui si nosset tam carè à Regia tua Maiestate redimendum voluptatum guttum, non rumpatur prius quam in hac te adigat angustias? Parce Domine, parce, quid age remus ignorantibus: & nunc quando id nobis manifestasti, erudiens nos in sancta tua Ecclesia pro peccatis te mortuum esse, & quod per iocum commissture ipsa exsoluit: nihilominus data opera caram mortis tua tam crudelis iteramus. Nefas est, Domine, bene illi cupere, qui parentem nostrum occidit: & quia peccata te occiderint, & quum est ab iis abhorrescere si te adamamus. Clamat Propheta regius: *Qui diligit Dominum, odite malum;* & recte quidem: pugnant enim peccatum & Deus,

Granat. Opus spiritual.

A 222 & utriusque

& utriusque satisfacere nemo potest. Eligit quisque quod velit, simul utrumque tenere non possumus. Optat quisque seruos sibi fideles, & qui pro Domino moriantur. Utrum eligemus, Domine? Lutum fractarum cisternarum, an venam aquarum viventium? Quid, Domine, eligemus, an cum mundo improbi erimus, vel cum Deo boni? Quid optabimus, creaturis esse addictum, vel Creatori? ardore apud inferos cum dæmonibus, an cum Deo regnare in celis? O fili Adam usquequo grani corde? multa nte te Deo in veritate, q̄ permanebit in æternū, & per seuerare, cogit aduersarios, vanitatem vis confectari, quæ ad nihilum hostes redigat. Usquequid claudicabit in veramque partem, nunc huic, nūc illi factio ni addicci? Vnum sequere, eumque Deum. Is enim beatum reddere se sequentem potest. Christus iam peccato est mortuus, cur quasq; mortis signa sequeris, & hosti iurato vitam vis condonare? Peccatum si non amas, non vivet in te, sed labora ut extingas dolore ac poenitentia, ut destruktur malum quod amando peccatum commisisti.

Hactenus epistola verba recitauit, in quibus verē poenitens reperiat, cur peccatum horrere debeat, & intimo dolere affectū.

Aliud pars efficacia exemplum Sacerdoti cui-dam per epistolam significauit: suadens Chirilum obnoxie preceatur, vt sua benignitate litis contellatae causam aperiat, ac significet, qualis erga Deum ante acta fuerit vita: & qualis Deus erga se: hoc est, quæ à Deo beneficia accepit, à natali, ducto initio, quamque ingratus erga illa extiterit. Quæ quidem cogitatio ex humano dumtaxat spiritu concepta, tristitiam tantum homini per brenum concitat: sed cum à Dei spiritu proficiunt, clara est, oculoque aperit, ea indignitas, ut miraculi loco deparet, à solo sustentari: magna adhac admirationi est, quod fides sacrā docet, tantumque sibi ipse indignatur ob-comissa flagitia, vt nisi Deus offendere, manus sibi adferret, optatq; res omnes cōditas iniuria Creatori illatam vt vindicet. Id sentiat in hac vita, cum Deus homini aperit quid estimare de præteritis peccatis debeat verbis, id explicare nequeat, sī in spiritu supra humanum. Et hæc ferè continet epistola: qua notandum doloris sensum de peccatis interdum ab humano spiritu, alias vero à diuino proficiunt. Est enim usitata *P. Ause* doctrina, s̄p̄ius ab illo expofita, sensus effectusque pios, quibus ducimur, quandoque à bono nostro spiritu manare, cum facimus quod in nobis est: interdum vero singulari auxilio & vocatione Spiritus sancti, cuius ea vis est ac robur, vt omnes omnino sensus supereret, qui aliunde promanant: neque intelligere poterit, nisi eum fuisse expertus.

De vera humilitate, & sui cognitione.

Humilitas ac poenitentia sororum instar sunt, itemque humiles ac poenitentes. Humiles enim peccata agnoscunt, que poenitentes iam deplorant. Illi coram Deo se humiliant, at hi dimissæ veniam delictorum flagitat. Quamobrem (etsi in hoc descriptionis genere non teneat seruare ordinem materialium, de quibus agitur, sed ostendere, quid de ipsi Dei famulis santerit) expofitum iam cum sit, quid de poenitentia virtute, & peccatorum dolore santerit, breuiter attingam, quid de humilitate literis confignarit. Hanc virtutem adeò duxit humana necessariam vita & propriam, ut concludat, omnes ferè tentationes spirituales & coecas actiones, imo & lapsus quosdam permisso à Deo ut verè hu-

miles reddamus: non indignum reputans hanc gemmam tam caro redimisse pretio: Christiana autem religioni adeò est propria, ignotaque antiquis Philosophis, vt ne humilitatis quidem nomen in eorum libris appareat.

Verum Dei huic famulo *Ause* altiori prædicto intellectu, nihil aque cura futur, quam humilitatis bonum scriptis suis commendare. Hinc apparebit quam eius scripta cum Philosophorum veterum pugnant decretis. Philosophi enim & Pelagiani heretici illorum sectatores, pro virili exaltanc humana natura vim: contra verò hic deprimit, imbecillitatem atque malitiam cordis humani demonstrans, altissimam vocando abyssum, quam solus nouit Deus, quo de Scriptura ait: supra Cherubim consistente Deum, è tam sublimi loco intimum penetrare creature locum, tum verò possitimum corda nostra scrutari, vt per Prophetam Hieremiam ita loquens testatur: *Primum est cor hominis & inseparabile, quis cognoscet illud?* Ego Dominus fortunans cor, & probans renes. Idem Ecclesiasticus ostendit, de sapientia Dei abysso, inter omnes eius laudes sic ait: *Oculi Domini circumspiciunt; Ecclesia omnes vias hominum, & profundant abyssos, & hominum corda inveniunt.* Qua abyssi cordisque humani comparatione dubitus hisce vocibus imbecillitatem improbatemq; cordis nostri cōparandi cū abysso satis offedit. Et in alio loco improbitatis vim ostendens: *Quid, inquit, nequius caro & sanguis exigitur?* hoc est, quid peius cogitationibus, si diuina carent gratia: ibi caro tantum & sanguis regnent? Et deinceps alibi dicit: *Quid in rebus conditum nequius est oculus hominis?* Quod ideo affirmat, quia oculus est ianitor cordis, quique materiam cupiditatibus & improbitatibus, qua ibi conueniunt, praebat.

Nunc ad rem vt redeam, in cognoscenda infirmitate & miseria cordis nostri polita est ex parte humilitatis virtus: qua, vt S. ait Bernardus sui contemptus est, quia vera sui cognitione enascitur. Hac virtus Angelo defuit, qui adeò formosus est conditus. Hinc Saluator noster ait, *in veritate, non stiffe;* hoc est, vera sui cognitione cartuſie: Hinc tam alè prolapsus vt qui summus erat Angelorum Lucifer (vt sentit B. Gregorius) summus etiam demonum effectus est. Et in capite eius cautiiores nos reddendo suadet *Ause* in spiritu veritatis vt constamus. Qualis vero sit ille spiritus, epistola quadam hisce declarat verbis.

Ecquis est veritatis spiritus, nisi qui facit vt homi sibi ipsi dispiceat, & malus sibi videatur, cum in præcordijs & intimo cordis turpis sibi & abominandus videatur: admirando se à Deo super terram tolerari? Hæc veritas est in qua degendum, sine qua in mendacio viuimus. Et interdum cum bonum nos habere videamur, sumus deriores hac virtute defituti. Freti enim hisce bonis alijsque rebus, aliquid nobis esse videmur, sed non ita appetet eius oculis, qui cor nostrum intuetur atque, *nomen habet quod vias, & mortuus es.* Viuentis autem nomen habet, qui non cadit in peccatum, quos mundus ut malos damnat. Verum si cadit in eos quos Dei iudicium damnat, quid prodest, si mundus absolvat quæ Dei condemnat iudicium. Nescit mundus malum reputari, neque castigat eum qui sibi placeat, seque amet arrogans: verum Dei iudicio superbus est ac cœctus qui sumus ignorati factorem, quasi canis mortui cadaver naribus hauriet, neque pudore ducitur in oculis Salvatoris, quasi susteretur in iudicio ac tribunali hominum grauisimo commissio deflito.

Hactenus

Hactenus epistola sunt verba, qua non singulatim sed obiter virtutem humilitatis commendat: verum paucis hisce verbis, cum ijs quæ antecesserunt de virtute. Pœnitentia, & peccatorum dolore, animaduertet Lector, quâm sublinia *Aula* senserit de humilitatis pœstantia. Scendit tamen, et si humilitatis sit proprium seipsum cōtemnere ac pro nihilo ducere, quando in se nullus est. At hic contemptus & sui annihilationis, in voluntate posita, nascitur ex cognitione vilitatis cuiusque, quod in intellectu est positum. Quia vero ex hac radice flos nascitur pulcherimus huicse virtutis, age, videamus, quâm perfectè sentiat hic Dei famulus de miseria ac vilitate generis humani. Quanto enim maior hic existit intellectus, tanto radix altius iacit ac fundamentum ponitur humilitatis. Epistola enim quadam egregie ostendit primò necessitatem cognitionis sui cuiusque. Primum pro reuerentia quam Deo debemus: quem considerare pudibundè oportet tanquam eo sumis indigni. Deinde cum sui quisque obliuiscitur mox, sese attollit, & cum sua non animaduertat errata, sancti pondus amittit timoris, leuiusque existit ut natus non onusta, quæ tempestatis temporibus anchoras amittit, sic huc illucque donec pereat iactatur. Evidem securum tutumque animum, nisi in sui cognitione nunquam animaduerti. Nec rute stant ædes, nisi alta iecerint fundamenta: tempus vero optimè impensum quod in se assidue reprehendendo colloquatur. Utilissimum sane ad sui emendationem errata quotidie discutere. Quid homo est qui se ignorat, neque examinat? Nonne domus luce carens: filius vidua, male educatus, qui, vt impune omnia agens se ipse ledat? Denique homo est non homo. Quare qui se non nouit, regere se, vt hominem decet, ignorat: neque scit aut possidet seipsum. Et si vero alia multa cognoscat, seipso non nouit. Tales sunt qui sui obligi anxiæ in aliorum anquirunt vitas; & suam ne sciunt. Cum enim aliorum facta assidue continuo contemplentur, maiores suis rebus, quas eminunt, apparent. Itaque tametsi magna sint errata ipsorum, parua videntur. Hinc rigidi sunt, nihilque tolerantes, quod propriam non intuentes infirmitatem, non commiserantur alienam. Qui se considerat, hunc facile aliena perfere videores errata. Quisquis igitur lapsum male accipit, satis clamat sua non obseruare errata. Quoniam si noxia hanc effugere volumus cœxitatem, ex quin est vide re iterum atque iterum quid simus: vt dum miseros nos esse cognoscimus, ad misericordem IESVM pro remedio configuiamus. Appellatus enim IESVS id est, Salvator, idque non omnium sane, sed eorum potissimum qui suas ipsi miseras cognoscunt, deplorant, & accipiunt, aut saltem optant sancta Ecclesiæ Sacraenta, & ita curantur atque salvantur. Et quamquam ad sui cognitionem multa Deus & sancti viri consilia dederunt: verum qui in se ipse descedet, multa, cur se vituperet, reperiet, & abyssum admiratus dicat: Infinitis affligor malis. Quis est, queso, qui vbi maximè scopum ferire vellet, non aberrauit? Quis non concupuit, imo quæsivit vt sibi uirilia, & post noxia sibi deprehendit? Equis sapientem se existimat, cum infinitis in rebus sit deceptus? Quis magis cœcius quid à Deo postulare debeat ignorans? Vt de se Paulus ait, postulans à Deo, vt tentationem quandam tolleret, ratus bene postulare: respondit vero accepit, nescire se quid peteret, quodque in rem foret iphus. Quis si fidat desiderio atque iudicio, quando hic cum inhabitante Spiritu Sancto petit quod accipere sit nefas. Et quamvis semel Deus bona suggestit,

Granat. Opus spiritual.

qui non videt, quâm infirmitas nostra imbecilla est? vtque cadimus in ijs qua sub aspectum cadunt: vbi cadere non oportebat. Cui non contigit propone sibi multa bona, ecclisie tamen, victumque in quibus victoriā sperabat? Deploramus hodie peccata nostra, vt evitemus, & oculis in lacrymus natantibus datur occasio flendi ob lapsum, & rursum deploranda committimus, recipiendo corpus Christi Domini in Eucharistia cum ingenti pudore parue reuerentia qua illum suscepimus. Et quamvis nuper illum ore recepimus, contingit sapu-merò ob crimina gratiam amitti. Quia arundo tant inanis, quæ quoque venti impetu ita mutetur? Nunc hilaris, nunc tristis: interdum deuotus, mox tepidus: nunc ad cœlum anhelat, nunc ad seculum: rursus abhorret, statimque amat quod horruit: euomuit quod edit, quia stomacho laborat: & statim comedendo repetit quasi non euomisset. Quænam res magis coloribus varia, quâm talis homo? Quæ mago depingi tot formis queat tantisque linguis, quâ vir ille? Quâm vele Job dixit, hominem *in eodem statu non permanere*. Nam cini vocatur, & ventus auraque omnis vita illius. Stultus sit qui in cinere & vento quietem inuestiget. Puto equidem nihil à quæ horrendum visu, si videri à nobis potest, quâm in se homo varius sit, & siquidem vno die, quid per omnem vitam, quot, quantaque alteraciones ac miseria. *Eccl. 27, 12.* Quadrat itaque quod Scriptura ait: *Sicut luna mutatur*. Ecquid erit consilij? Nosse se *Matt. 19, 15.* quemque quasi sit Lunaticus. Utque olim Christo *Marc. 9, 14.* huiusmodi ad curandum obtulerunt, ita nos eidem Christo, vt sanemur, vt ille sanatus est, offeramus. Illum, vt ait Scriptura, spiritus malus exagrabatur, vt nunc in ignem mitteret, nunc in aquam, carnis videlicet, temporis, ac malitiae. Et considerando quantum Deo ex anteacta debeamus vita, quam parum nunc proficerimus, reuerja illud *Vatis visurabimus: Circumderant me dolores mortis, & per Psalm. 114, 3. scicula inferni inuenerunt me*. O inferni pericula ad eo tremenda! quis est qui non considerer mille oculis, ne in illum incidat lacum, vbi ploret perpetuò, quod in tempore risit? Quis non dirigit viam suam, ne ab omni aberrans bono deprehendatur? Qui hoc non vident, oculos vbi tenent? Aures quæ ista non audiunt? Palatum quod hec non guiter? Signa autem mortis vera sunt, non operari opera vite. Peccata sunt plurima, magna imbecillitas, hostes potentias, astuti & complures, qui que nos oderint. Tanti ea res momenti, vt vel potiamur, vel amittamus, in aeternitate Deum. Cur in tot tantisque periculis securi uiuimus? Et inter tot vulnera sine doloribus. Quidni ante tenebras remedium quærimus, ne ianue claudantur remedijs: quando vesperi virginis satue clamat, dicaturque, *Nisi sis vos*, *Matt. 25, 12.* Intelligamus iraque, & Deus nos cognoscet. Indicemus de nobis ac damnamus, & à Deo absoluemur. Conisciamus in errata nostra oculos, & mox nihil deficiet. Miserere nostram intueanur, sic discemus in aliena compati miseria. Ut enim ait Scriptura: *Eccles. 31, 18. Intellige que sunt proximi tui ex teipso.*

Hactenus verba epistola posui, in qua veluti in speculo sua quisque delicta, contemplabitur ac miseriam, vt ita se ipse cognoscat, & cognoscendo humiliet, & humiliatus opem implet ab eo, qui humilius dat

gratiam Christi

IESV.

(o)

*De confidentia, & magnitudine Beneficij
redemptionis humanae, cui illa
instituitur.*

Post virtutes supradictas dicendum de spe ac fiducia in Deum, quæ vna est trium Virtutum Theologicarum. Quare eti⁹ *Aula noster* magnificè de omnibus sentiat virtutibus, & vi ac gratia valeat, ad eō inuitandum, emituit tamen in epistolis laudando confidentiam in Deo, & eō impellendo. Apparet hoc ex eius Epistolis: qua maximā partem consolatoria sunt, ideoque hac vīs Spei virtute infirmos erigit atque imbecilles, affectionibus ac peccatis onustos, & siccos spiritualiter Dei carentes præsentia. Apud quos firma ne sit fides, atque constantia, explorat. Eſi verò multa suppetant ē ſacrificis literis ad animum hac virtute addendum: (per patientiam erit, ait Apostolus, & conſolatiōnem Scripturarum ſpēm habemus.) principem tamē hic locum tener ingens paſſionis Dominica beneficium. Conſtat enim quæcumque perpeſius eſt Christus & commertuit, nobis commertuisse. Nullius enim ille indigebat. Labores ac dolores illius erant, fructus verò illorum nobis in lucro acceſſerunt: quibus pignoribus tutò remedium malorum noſtrorum ſperare liceat. Hoc itaq; medio vtitur P. *Aula* in coſolatorijs Epitolis quas ea ſcribit vi & vigore ratio- numque momento, ad infirma corda conſirandum, vt dicere merito cū Propheta queat: *Dominus dedit mihi lingam eruditam, ut ſeiam ſuſtentare verbo eum qui laſſus iſt.* Id agit Epiftola quādam, quam apponere non grauabor ob ſingularem dicendi vim & copiam, & ob mysteria quæ tra- cantur, vt confidamus: adeo vt nemo tam puerilium ſit futurus, & ſipetra durior, qui hiſ lectoris literis non excitetur. Et apparebit etiam Christiano Lectori, quo lumine hic *Aula* a Deo fit illuſtratus ad beneficij expendandam magnitudinem ac myſteria redempcionis noſtræ, qua de hīc agitur. Hæc autem rara Epiftola, ſolatijs plena non ad Dynastam aliquem miſſa eſt, vt propterea ſubtilius ea de re ſcribendum fuerit, quād ad vulgares homines: ſed ad mediocris ſortis hominem eſt miſſa, & ſolatio huius Deus gemmas haſce ſubmiſit: pen- na currente & exarante papyrum ea veſtigatum ad promptitudine, quaſi alijs dictaret, & exciperet ali- us. Hic etiam clare videbis veram eſt hanc Salomonis ſententiam: *Cogitationes, inquit, robusti ſemper in abundantia: omnis autem piger ſemper in egeſtate eſt.* ſignificans nimirum eos qui feruide ambulare contendunt ac diligenter viam inſiſtere perfectio- nis, quo plus in proposita re proficiunt, tanto lux maior atque intelligentia datur: vt cernis in hac Epiftola plena ſententiarum pluriſimum conſiderationum ad edificationem noſtroram & robur. Eius hoc eſt principium:

Cave iram exiſtimes qui verus eſt amor. Vt enim odiū blandiri ſolet, ita & amor rixari & ca- ſigare. Et meliora ſunt, ait Scriptura, vulnera diligentijs quam fraudulenta oculu odientis. Inuria itaque afficiunt qui amoris precordijs nos reprehendit putare odio nos prosequi. Meministi inter nos Patremque aeternum mediatorem eſt Christum: cuius nomine amamus, & tam arcto colligati vi- nculo ſumus, vt diſſoluī nequeat, niſi homo flagitijs id rumpat. Adeone citò excidit IESV Christi lan- guinem clamare & misericordiam efflagitare? Quin & clamorem adeo eſte vocalē vt peccatorum noſtrorum vox non audiatur? Nescis ſi peccata noſtra viuerent, Christo IESV ad illa expianda moriente, mors eitis patuci valoris eſſet, quod peccatum extin- guere non poſſet? Nemo ſane parui aſtimet, quod tanti fecit Deus qui in ſolutum & ſupra ſolutum

accipit ex parte ſui pro omnibus mundi peccatis, & mille, ſi eſſent, mundorum. Igitur qui pereunt, non redempcionis defectu pereunt, ſed quod com- modum capere recuſent ſolutionis, idque fide & Penitentia, & ſacra Ecclesie Sacramentis. Sitataque cordi inſixum tuo redempcionis noſtræ negotiū, Christum afflumpſile quafi proprium: qui & peccata noſtra ſibi imputat ore Datuidis regis: *Lon- gè, inquit, à ſalutē mea verba delictorum merorum.* Palm 21,1 Veniam poſtulat corum quæ non commiſſi: & viſceribus caritatis ad ſe accedentes amari cupit, quafi ſibi euperit: & vt perfici, ita impetravit. Dei enim ordinatione noſ & Dei filius vnum ſumus, vt ille & nos amemur, nos & ille inuiſi ſumus. Cumq; ille inuiſus eſſe non debeat, ne nos quidem ſi ipſi incor- poramur fide & caritate. Imò quia ille amat, a- manut & nos: nec immerit. Quid enim nos amemur quād vt doleamus illum eſſe inuiſum. Amat Pater filium magis, quam peccatores ad ſe conuer- tentes horreat, vt que ille amabilis ſuis, Patri dixit, hincatolans: *Volo Pater, ut vbi ego ſum & illi ſint Ioan.11,15 mecum.* Me enim offero pro peccatis ipsorum, vt que vnum mecum ſiant. Maior caritas minus ſuperat o- dium, & amarum nobis que ignoſciunt, ac inſta- mur, magnaque ſpe ſuſtinetur, fore vt non dele- mur, vbi tam arcto ſumus amoris viñculo colligati. Quod ſi inſiſtitas noſtra nimis percellatur ango- ribus Deum tuorum oblitum eſt, vt tu: ſolatium Deus adfert, ſic per Prophetam Elaiam verba faci- ens: *Numquid obliuſi poteris mater inſtantem ſuum,* Ela.49,15 *ve non mifereris filio vteri ſui?* Et ſi illa obliuia fuerit, egotamen non obliuſear tui: *In manib; enim meis ſcriptis.* O Scripturam validam: cuius pena ſunt clavi duri, atramentum verò ſcriptoris ſanguis eſt, charta autem propria caro: & ſententiam ita pronuntriat. *In charitate perpetua dilexi te, ideo atra- xi te miseras.* Certè ſcriptio ita magni eſt affi- mandi, prece: tim anima ſentiente ſe dulcedine boni pro- pofit, atrahi, quæ ſigna ſunt amoris perpetui, quo elegit nos & cōpletifuit Deus. Quare noli offendit, aut ſpiritu turbari ob aduersa quæ incident: Omnia enim manibus Dei diſpensantur, quæ pro te (en a- meris erga te argumētum) manus cruci affixa ſunt. *Et peſt non longe ſic loquuntur:*

Cumq; Deus imperat, ne iniquam animo de- ficiamus, accedamus cum fiducia promiſlorum, & ſubſidiū expetamus: certè non negabit. O cara ſo- ror ſi conſideres quād cari, quanto que in pretio in Dei conſpectu ſumus: aut videoas quam nos intimo in corde ſuo collocaſit, dumq; veremur ne abiecerit nos, quād tunc propinquū ſumus. Benedictum ſic Christi IESV noſ nam in ſecula, qui, vt verè dicam, ſpes noſtra eſt, nulla vt res noſtrā timore queat in- cutere, quantum ille ſecuros reddit. Reddar licet ex denoto tepidus, cælos perambulem, & abyſſum in- ferorum penetrem, ambiam peccata commiſſa, fu- turorum pator occuperet, dæmones me acciſent, la- quoſque obiſcant, homines terreat, ac perſequā- tur, minitentur inferorum cruciatus, ac periculorū myriadē opopnāt, dum gemini peccata expio, & oculos atollo, Christum veniam deprecano, mi- tis ille & benignus ac miſericordia plenus, meique ad mortem vſque amans, desperare non debo cum tanti me faciat, vt Deus pro me ad mortem ſit tra- ditus. O Iesu ſecuritatis portus ijs qui tempeſtatum fluſtibus agitat ex animo ad te conſugunt? O fons aquarum viuentium, ceruis telo conſixis, inſequen- tibus canibus ſpiritualibus, hoc eſt, dæmonibus arę- peccatis! Tu per fugium iucundissimum nunquam deficiens pupillorum praefidium, & viduarum pa- tronū, refugium ſirmum in petra erinaceis ſpi- niſ peccatorum plenis, qui cum ſuſpiris atque indu-

Rom. 15,4.

*Paſſionis Do-
minica bene-
ſuſum con-
ſiderant
generat.*

Ela. 50,4.

Pro. 27,1.

Pro. 27,6.

indulgentiae desiderijs ad te configuntur. Defendis timorium ab ira Dei tibi subditum. Iubes interdum discipulos, ut alatum mare sine te petant & ablastrerentur suauitudo tuo sermonē: teque absente in pelago procellae exsurgant, ut de vita periclitentur: at tu non obliuisceris tuorum. Dicis ut à te discedant & ascētis in monte orare pro illis, putant se in obliuione tui esse ac dormire, ut tu genibus flexis pro illis Patrem rogas. Cumque quatuor noctis vigilię abierint cum sapientia tua infinita molesta tui absentia videatur procella agitatis tuis descendis de monte, ut que Dominus fluctuum viciſſitudine laborans, super undas ambulas (tibi enim omnia solida sunt) & appropinquans tuis, cum opinantur te abesse longissime has fiduciae plenas voces emittis: *Ego sum, nolite timere.* Christe Iesu! diligens ac sedulus pastor quam fallitur ille, qui tibi ac de te non confidit, ex intimitate animi precordijs sic cupit respicere ac parere. Utinam mortalibus dices, tali duc animum minimē dispondendum famulis tuis: cumque nullus rumor adeo contristare queat, nec timorem incutere seruo tuo, quantum consolari potest nuncius latus, qualis quantusque tu es. Si recte perfecteque Domine cognitis es, nemo non amaret atque consideret, nisi admodum improbus. Propterea dicens: *Ego sum, nolite timere.* Ego sum, nempe qui occido & vivifico: detinendo ad inferos, & inde ex ipso, hoc est homini tribulationem immitto ad mortis uulnus, fauces, mox sublevo, resicio, vita mque largior. Solatij experientem relinqu, quod inferno est insile. Et tamen non oblitus cor, verum eripio: & idcirco mortifico, ut denuo vivificem. Pono apud inferos, non ut ibi permaneant, sed ut ingressis umbra mortis & inferorum causa sit, ne descendant ad inferos a morte sed in celos ascendant. Equidem ex omni libero dolore, quia omnipotens sum: & liberare cupio, quia bonus sum: & liberare scio, quia cuncta scio. Aduocatus vester sum, qui item causamque tuam feci meam. Ego fidei filius, & debitus solui tuum. Ego Dominus tuus, qui sanguine meo te coeni, non ut obliuiscar tui, sed ut atollam, si obsequi mihi vis, quod tanto sis redemptus pretio. Ego adeo te adamo, ut meus amor in tuum sit transformatus, morti redditus obnoxius & passionis, cum essem a mortali conditione longe alienus. Pro te innumerabilibus corporis cruciatis me tradidi & anima longe majoribus quam corporis: ut pro me aliquid perpeti non recuses, siueque spes laborum, cum tantum me habeas vindicem. Ego pater vester ut Deus, & primogenitus in fratribus ut homo. Ego redemptio veltra & lytrum: quid debita formidatis, si cu[m] penitentia, orisque confessione veniam eorum flagitatis? Ego Patri vos conciliavi, quid iram illius trepidatis? Ego vinculum amicitiae veltra, quid Dei meuitis furem? Ego Protector vester, quid timetis aduersarios? Ego amicus vobis, cur formidatis aliquid defore eorum que possedeo, nisi a merecedatis, veltra est corpus meum & sanguis, quid famem timetis? Veltra cor meum, quid veremini obliuionem? Divinitas mea veltra est, quid misericordiam horretis? Angeli mei vos accedunt ut defendant: Sancti mei etiam vestri, ut orent pro vobis. Mater mea vestra quoque, ut sollicita pro vobis mater ac pia existat. Adhac tellus vestra est, ut in illa mihi seruatis. Cælum etiam vobis, quod tenditis. Vestri quoque sunt demones & inferi, ut eos seruorum instar pedibus conculeatis, & captiuorum habeatis loco. Vita ite veltra, quia lucrari licet vitam sempiternam. Veltra honesta sunt delitiae, quia ad me transferunt: dolores contra veltri, quia mei amore toleratis. Veltra tentationes, quia meriti & corona vestre causa exilii. Veltra mors est, quia ianua futura vita est. Haec com-

Matt. 14, 23. *dis in monte orare pro illis.*

nia in me & per me vobis suppetunt: quia non mihi soli acquihui: cum enim carnem a lumpi, uerbis, cum, ut vos participes redderem dolorum, ieiuniorum, sudoris, ac lacrymarum, mortis quoque, nisi per vos steterit. Qui tantas habetis diuitias, inopes non estis, nisi si scientes ac prudentes improba velstra via easdem dissiperis. Animo deficere cauere: non ego vos deseram, tametsi probem: Vitrum effis fragile, sed mea vos proteget manus. Imbecillitas vestra fortitudinem meam auget. Debilitas vestra robur meum maius ostedit. De peccatis ac miseriis vestris bonitas mea magis magisque enitefecit atque miseris recordia. Nihil sane noxiū esse queat me amanti & confidenti mihi. Causa humanitas vestro arbitrio sentiatis, sed vita fide cum dilectione, non signis exterritis ac fleti, sed ex corde: quem amorem, & cor dilataui in cruce pro vobis, ne dubitetis vos amari ex mea parte, cum tot opera dilectionis cernatis foris, atque adeo cor tam cōfixum intus vestri amore. Quo modo me subducam ab iis qui me ad honordum querunt, cum & occurserim eis qui me ad mortem inuestigabat. Obrulli me catenis & funibus quibus colligabat: & me brachijs subducam & cordi Christianorum quibus quiesco? Flagellis commisi me & duræ columnæ, & me animæ negabo, quæ mihi obediunt: faciem meam non averti a percutientibus me, & auertam ab eo, qui felicem se extimat contemplari vultum meum ut adoret? Quæ hæc tam exilis est fiducia videndo me sponte mea lacerari manibus canum amore filiorum, dubitantibus filiis, lieos amatus ab illis? Ecce filii hominum, dicite deinceps qualem contempsi, qui me adamabat? Qualem deferui qui me ad se vocare? Quem fugi, qui me quereret? Cum peccatoribus edebam, vocabam, iustificabam segregatos & inquinatos. Molestus fui iis qui non querabant me. Quaro igitur ab omnibus, quæ causa est suspicendi obliuionem meorum, vbi tanquam suppetit diligentia amandi & ostendendi amoris? Et si quando disimulauis, non amitto, sed te go amo: aut amoris gratia erga res conditas, quibus rebus nihil utilius quæ sua ignorare, Deoque transcribere. In hac sane ignorantia scientia est sita: à qua dependens firma est: ut eidem seruire regnare est. Satis hoc illi sit, non in alijs situm esse manibus, quæ meis, quæ sunt & ipsius, quando eius gratia clavis ac cruci eas cōmisisti: inquit magis sunt quæ ipsius manus magis enim illius cesserunt utilitatib[us] quam propriæ ipsius. Utque sui ambo liberem, & meo stet iudicio veluti in tenebris collo, se ipse ut ignoret. Verum si fidat nec à meo discedat seruitio, liberabo eum, & glorificabo eum, & quod promisi implebo: *Esto si. Apoc. delis usque ad mortem & dabo tibi coronam vite.* Recitauit adhuc Epistolæ verba, quæ quod proposueram ante satis exponunt.

*De Crucis Christi mysterio singularis
Avila notitia.*

VIdimus haec tenus quid Dei seruus Avila senserit de fiducia in Deum habenda, in quibus cōfītātur, ut epistola iam recitata explicat. Cūque alijs rebus varijs sancti Pauli imitatione studebat (quem Apostolum tanquam magistrum & imaginem sibi ad imitandum proposuerat) sic & amulari in mysterijs huius redēptionis humanae per Christū cognitione cupiebat. Qua quidem cognitione Apostolus gloriabatur, ut diceret: *Non indicauit me scire aliquid inter vos, nisi IESU CHRISTUM, & hunc crucifixum.* Et si vero admiranda & arcana in tertium raptus cœlum teneret, & audisset verba que non licet homini eloqui, nihilominus negat se aliud scire extra Christum crucifixum: non Granat. Opus spiritual.

Aaaa 3 quod

Cor. 2, 2.

2. Cor. 12, 2.

Theologia
duplicata

In Crucis
mysterio
Theologia
perfectissima

Tit. 2. 14.

1. Cor. 2. 2.

1. Cor. 2. 2.

Matt. 12. 14.

Aula qui-
bus rebus
Deo porri-
sum opera
adaderit.

De consilio & discretione spirituum quam

Aula tenet.

In officio ac munere perfecti concionatoris, qualem adhuc descripsimus, teneat necesse est præter supradicta Consilii & discretionis spirituum donum, in tanta negotiorum mole, quæ passim incurrit. Habuit sanè dona noster integræ Ecclesiastes. Multi enim vndiq; affloebant consilia postulantes, & in conscientia dubijs definitiones.

Ne literis scribindis in hoc genere deesset, hac via est arte, vt in conclavi paxillo penderent nomina personarum acciuium, qui ad se literas darent,

præterea sciret nihil, sed quod ea quæ sciret, nihil essent ad hanc scientiam compatabant: aut veritus quod in illo redemptionis nostræ mysterio sciret quantum opus esset ad salutem, quod totum complectitur & pertractat Theologia Christiana, hec enim scientia duas complectitur partes, unam speculatiuam, quæ maximè de Dei agit cognitione: Altera prædicta est, quæ de virtutibus agit eisque contrariis virtutis. Et quidquid duæ haec complectuntur partes, perfectius Crucis mysterium nobis exponit, præ libris omnibus quotquot hodie in lucem prodiuerunt. Quid enim, obsecro te, magis, me erudit, siue de Dei bonitate, siue de alijs Dei attributis, quam in cruce mori voluisse pro salute humani generis. Et, si verè idem dixit Apostolus, *Christum semetipsum dedisse pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniuritate, & mundaret sibi populum acceptabilem, secundum honorum operum:* (hoc est hostem peccati, & virtuti dedicatum) quid scribi efficacius potest ad peccata evitanda, virtutesque amplectendas, quam Deum ipsum, è calo in terram descendisse, mortemque crucis proprieat obijisse. Recte itaque Apostolus dixit, nihil se scire quicquam, præter Christum crucifixum. In isto enim perfectè nouerat quantum salutis ac sanctitatis necessarium esset.

Quanta vero lux & cognitio Aula de hoc mysterio fuerit, nescio quibus verbis exponam. Verum qui attente notarit quæ in supra scripta epistola continentur, multa de hoc Redemptionis mysterio cognoscat: hoc est, de Dei bonitate, dilectione, & misericordia, quæ in illo enitefecit. Item remedij magnitudo a consolati salutis que quam nobis peperit: & que causa nobis ad amandum illum oblatæ, & ad seruicium, atque illi confidendum. Verum enim uero, maius isto argumentum suppetit, nimur in omnibus eius Epistolis foras haec tenus datis, numero amplius centum & quadraginta, nullam esse quæ non potissimum ratiocinentur ac speculentur de mysterio redemptionis humanae. Poterit itaque inter merito cum Apostolo dicere, *nescire se aliud, nisi Christum crucifixum.* Cumq; sit illud verissimum, quo abundet cor, ore eructari, satis appareat peccatum eius Christo plenum fuisse, cù talia ore a siduè proferret. Sapienter itaque dicere illum memini, duabus potissimum rebus operam suam D E O addixisse: pura, homines ut humiliaret, & Christum glorificaret. Et sanè præcipuum studium, conatus, atque contentio in concinando fuit, auditores ad humilitatem inuitare, dum abyssum altissimam propriæ cognoscerent vilitatis; magnificare contraria & ad cœlum usque attoller et gratiam atque remedia, & per Christum bona nobis acquisita. Itaque sapientius mortificans & veluti annihilans hominem miseris sua cognitione, continuò immutat, & quasi reuocat à morte ad vitam, roboran fiduciam explicatione summi beneficij Redemptionis: docens maiores suppetere cauñas latitiae ac fiduciae cum Christi meritis, quæm ut in omnibus mundi peccatis animum desponeat, sed quidam Deus lice collustraret & cognitione huius mysterii, suo deinceps dicam loco.

De consilio & discretione spirituum quam

Aula tenet.

Eius de B.
Bætica Dei seruum esse, *Aulam designans, in rebus discimus.* spirituibus valde exercitatum: scriberet itaque ad illum de vita sua, & quicquid respondisset, contentus eo uiuere. Partuit illa, & re bene explorata longam misit epistolam, ut tranquille ageret, neq; hic fallaciam demonis latere, sed Dei opus esse. Quam epistolam non apponā, quia longior est, & de spirituibus ac deliciis tota est rebus, quæ ad omnes non pertinent.

& sic singulis satisfactum cupiebat. Accedebant quidam, ut pia mentis ædificationi utilia ex illo acciperent. Cuius concursus gratia lepidè de illo dixit, solum videri aut panegyrum, quo mercandi gratia conuenitur: aut aduocati similem, à quo contulit consultor capiat. Centesimo enim miliari interdum ad illum excurrerant, ut vitæ rationem modumque ab illo discerent. Religiosam vitam ut invenirent suas nonnullis vel familiam aliquam mendicantium monachorum adirent. Alijs ut vxorem ducent, auctor fuit: quibusdam, ut facis initiaretur, alijs aliud suadebat, prout res & deliberatio tulit, neque his molestis congregatis defatigabatur, imo ut fedulus operarius hanc esse Concionatoris laude, prædicabat quam plurimis posse prodeesse. Si dum cibum caperet, accederet, tametsi fortis humilis mensa relista aures dabant: & hac mirantibus dicere solebat: *Equidem non sum meus, sed eorum qui me indgent opera.*

Illud sanè memorabile de re graui consulturi ad precandum Deum plerumque confugere solitum: & consolatori, ut idem faceret, suadebat. Prudens est, & canit Aula, n'm vir, & in scripturis scrutandis versatus, scriptum idem & salutem & Salomonem incertæ prouidentie nostræ: Salomon quoque dicit, repetebat: *Multa hominis afflictio: quia ignorat præterit, & futura nullo scire potest nuncio.* His sapienter cognitis futuros eventus soli Deo notos esse sciebat. Periculum itaque esse de futuris iudicare, nisi Deo Opt. Max. precibus commendentur ab utrisque, qui consilii aut darent, aut perenter. Laudare hic solitus erat regis Iosaphat auream illam sententiam: *Cum 2. Paral. 20. ignoraremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residuum, ut oculos nostros ad te Deum dirigamus.* Recordabatur & erroris a Iosue ac populi principibus commisisti, cum Gabonites in castra recipiissent. Scriptura vero erroris causam commemorat, quod suo usi essent iudicio, Deo prius non consulto. Quamobrem Aula in rebus arduis ad orandum se recipiebat.

Consilium placuit illum forte quidam, nec responsum postridie vero ritè confessus sacram sumpsit Synaxim. Post vbi se meditando collegit, intus audiuit: Mihi tua voluntas & mihi, & homo, tuum iudicium: itaque non decipieris. Hac cognita postridie eius dier ad Aulam rediit, ut quod in rem esset suam, definiret, certus ratum se habiturum. Neque verbum fecit de mentis cordisque motu post communione, sed tandem narrando explicauit.

Vt verò consilij donū largitus illi Deus est, sic & discretionis spirituum: quæ de re exempla suppetunt, quæ referre possem, ut non esse res diuinæ quæ vulnus opinaretur. Sensit itaque res Magdalena, Crucis à dæmoni esse, idq; tunc definitiuit, cù per orbem ter. Magdalena quid se ferat Aula. rarum eius diuulgaretur sanctitatis opinio: dumque Cordubæ versaretur, ut eam viseret, adduci numquam potuit.

Accidit & religiosam virginem Theresam Iesu, hoc seculo satis cognitam, Dei famulari, et initio, à multis spirituum eius ignorantibus, conuictis procissam, oppugnari se videns à multis, ad fidei Qualiterem se contulisse, rem omnem exposuisse, ut examinaret. Respondit ille, Inquisitionis officium esse harreticos castigare qui accusarentur, verum sciret in Theresiam Bæticæ Dei seruum esse, *Aulam designans, in rebus discimus.* spirituibus valde exercitatum: scriberet itaque ad illum de vita sua, & quicquid respondisset, contentus eo uiuere. Partuit illa, & re bene explorata longam misit epistolam, ut tranquille ageret, neq; hic fallaciam demonis latere, sed Dei opus esse. Quam epistolam non apponā, quia longior est, & de spirituibus ac delicatis tota est rebus, quæ ad omnes non pertinent.

VITA

VITAE M. IOANNIS AVILA BÆTICI,

LIBER II.

De proprijs eius virtutibus.

GIMVS haec tenus, quo-
ad eius à me fieri rudi Mi-
nerua potuit, de virtutibus
Ioannis Avile, ut Ecclesia
stet à Deo concessis: nunc
de proprijs eius virtutibus
agendum esse videtur. E-
quidem non ignoro, priori
libro de his ipisis virtutibus illi proprijs potius tra-
ctandum fuisse naturæ ordine, quo cuiusque propria
præmitri ijs quæ sunt munera cuiusque solent ac
debet. Hoc enim ordine natura in plantis ac stirpi-
bus producendis vtitur, quæ fructum non prius quæ
creuerint & adoleuerint, ex se proferant: neque ani-
mantia simili atque nata sunt, sed vbi maturam ac
ceperint etatem, generantur. Verum enim verò non
hic eam tenemus methodum, quod proprijs ipsius
virtutes, de quibus hic agitur, ab illius quæ spectant
ad munus Concionatoris multum dependent; etsi,
verum vt fatear, hæc vicissim etiam ab illis suo modo
dependent.

Deprecandiratione.

DEdonis quæ Deus suis elargitur, oratio est ac
precatio, ut ipse Zacharia Propheta ore pro-
nuntiat: *Effundam, inquit, super domum Da-
uid & sacerdotibus Hierusalem... quæ est Eccle-
sia spiritum gratiae & precum...* Hoc illi donum lar-
gitus est Deus, qui magister & commendator huius
virtutis ac eiusdem necessitatis extitit: adeoque ad
virtutes consequendas duxit necessitatem oratio-
nem, quantum ad fructus proferendos imber terræ:
ita enim Propheta iudicabat, cùm ea careret, & Deū
alloqueretur: *Anima, inquit, mea sic ut terra sine a-
quatib. Veloctiter exaudi me Domine: desecf spiritu-
tus meus.* Qui verò anet cognoscere vbi orationem
comendet *Aula*, legat cap. LXX. tractatus in
Audi filia, cognosce que quid de ea sentiat. Verè
enim fundamentum est ac basis vita spiritualis, quod
ex officio suo semper diuinam postulerat gratiam,
quæ animæ vita est. Tamen vero Sacraenta Ec-
clesia, potissimum vero Eucharistia, gratiam con-
ferre queant, id sit quando recipiuntur tempore
debito: Verum oratio omni tempore & hora inter-
diu & noctu, & vbiique locorum gratiam potest co-
ferre. Hacca causa & ob fructus multiplices hinc
enacti solitos eam valde commendabar cùm con-
cionando, tum sacris epistolis ab e., editis. Quod autem
alijs commendabat, magis ipse seruabat, cum
que ipse familiariter hac ipfa de re cùm illo age-
rem, affirmabat quibus concionaret diebus se tot
vallatum negotijs, duas quotidie horas manè ora-
tione tribuere, tòtide mèque sub noctem: idq; (omni
factura. Ad vnde cùm enim noctis cubitum co-
cedens, tertia matutina surgebat, ita orandi tempus
suppetebat. At vbi morborum vis (de quibus mox
agenus) ingruerat, neque adeo frequenter de supe-
riore loco verba faciebat, tum meditationi tempus
id accedebat quod concionibus decesserat. Ita e-

nim imbecilli valetudine antemeridianum tempus
ad secundam usque pomeridianam cum Deo col-
loqui affuet, etiā sacrifici operabatur cùm patetur
ægritudo. Quo tempore nulla tametsi gratia admit-
tebat negotia, sed à secunda ad tertiam usque ad se-
venientibus sui potestate faciebat: à sexta vero ad
decimam usque se colligebat, & cùm Deo super a-
nimis rebus colloquebatur; vt & de alienis. Erant
itaque assidue eius vigilia doloris plena ac gemitus
super populi peccatis. Illud sapè in ore habens, imò
deplorans, paucis esse viduas qualis illa in Nain,
q̄ mortuos deplorarent filios: hoc est, paucos sacer-
dotes gemere tot peccatores in peccatis mortuos.
In his vigilis numerabat feriam quintam & sextam.
Dicere enim solebat; cubitum qui concederet ac
dormiret solidam noctem feria quinta cuiusque
hebdomadis, qua vincitur Saluator noster est, nocte
adhæcilla pacta feria sexta qua morte oppetit, huc
non satisfacere magnitudini tanti beneficij. Hortabatur
præterea ad Christi meditandam Passionem,
de qua egit diuinitus, in aureo illo supradicto com-
mentario in illud Psalmi quadragesimi quarti, *An-
difica, & vide*: allatis pijs ac deuotis meditationi-
bus, & enumerans fructus qui ex hac meditatione
solent colligi. Accedebant hunc Religiosi sapen-
tia ac varijs status homines, vt de hac ipsa orandi
virtute conferrent. Vbi illud admirandum quā
ab eo lati plerique discederent, Deum interim lau-
dando, qui tantum affulserit lucem materiarumque
copiam ac iudicium, & consilij dandis, & commō-
strando viam maximè titram, monendo etiam quæ
subesse queant pericula. Consilium autem doctri-
naque eius frequens est, vt ad præcandum acceda-
mus, audiendi potius quā loquendi gratia: vique
voluntatis affectus & exerceatur magis, quā in-
tellectus speculatio intendatur: quem intellectum
dicere mihi solet vt stolidum alligabat, ne inter
orandum ratio cinaretur. Extat eius epistola ad Sa-
cerdotem quemdam hoc simili vrens: aliud esse cùm
Rege colloqui, aliud vero reuerenter & cùm metu
coram illo siti. Diuersum itaque cum Deo colloqui
& reuerenter eidem apparere amica voluntate ac
timore eius ac respectu. Ratio hæc facilis, pia, &
prompta ad singulare Dei dona recipienda, si hy-
dropici illius Euangelici exemplo coram Christo
siftatur sanitatis integræ beneficium prætolans.

Eius modestia in usu familiari.

Quemadmodum vitium nunquam solum est,
sic nec virtus est, quam non altera comitetur
virtus. Quare ex oratione promanabat mo-
odus & hominis exterioris constitutio, arsque agen-
dicum hominibus. Nec enim horologium adeo ad
numeros punctaque decurrit, horasque sonitu edit, *Gratias*
quā huius vita ratio. Imò huc est perfectionis de-
ductus, vt cum Beatis non facile mutationi obno-
xijs participaret. In tanta enim negotiorum molesta
ac personarum, quibus vteretur, varietate, vultum
non mutabat, serenus perpetuò aspectu apparens,

Aaaa 4 idque

idque à sui collectione hominisque interioris compositione manebat ad exteriorem. nisi enim altas intus radices egisset, facile alterari commutarique potuisse in tanta rerum agendarum copia. Verfabatur interdum decem aut duodecim diebus in collegio Patrum Societatis Iesu Montille, quo tempore solitam seruabat modestiam serenamque grauitatem: himitatus S. Iob constantiam, cum de se diceret:

Iob. 29, 24. *Lux vestitus mei non cedebat in terram, significans de gratitate nihil demiri, ac vultus modo, quamvis multa incidenter. Id cum quidam Sacerdos obseruasset, ratus eam ab illo grauitatem seruari, ceteris ut exemplo praeluceret, & domestico cuidam ipsius discipulo referret, opinionem mox mutauit, cogniti familiare id Anula esse ac perpetuum vultus vbiq; seruare constantiam, vt domus etiam frequentans alienas, imò quod admirandum magis, lectulo ex morbo affixus eundem serenum vultum praeserret; habitu iam tempore acquisito. Quid de oculorum dicam modestia. B. Vincentius Tractatu vita spiritualis, religiosis suadet hominibus ne oculos longius proieciant quam crucifixi Domini imaginis est intercallum. Id quasi in Vincentio legisset, ita seruabat, adeo modice lumina extendebat. Corduba cum esset, cum Patre quodam bene cultum ingressus hortum, vbi multa spectacu digna occurrerent, & ille vultus nihil mutaret pristina seruata grauitate, cum a comite illo, vt huc & illuc oculos coniceret, inuitaretur; miti suo ingenio de more respondit. Nihil hoc ad me pertinet. Hoc idecirco dixit, quod cum cor ad Deum precando tolleret, rerum creatarū minime consideratione vteretur; mysterium Christi potius tunc adhibens. Si in hac vita Deum nisi ex effectis cognoscimus, quemnam prestantiores res Christi Incarnatione, vt quis ad cognitionem summi Dei perueniat? Verum qui nondum lucem sunt adepti, qua mysterium illud cognoscant, hi rerum conditarum pulchritudine mentem ad amandum cognoscendumque conditorem incitant. Itaque sic ijs suadebat, qui sacra scriptura scrutanda darent operam, potissimum ei parti vacarent, quod filii Dei Incarnationem, vt, ceteris paribus, vtiliorum euoluerent.*

Verum ad rem ut redeam, cogitanti mihi quaque ratione verbis explicarem vultus Anula honestatem, venit in mente simile hoc pictorum qui tabellam militam coloribus sinistra tenent, trium in modo quatuor interdum colorum, hinc alium inde miscendo temperant quo pingant. Ideo mihi videatur non sola huius forma ac figura, virtutem vnam representari, verum plures mixtas. Grauitas enim in illo perspecta, ea que non sola, sed comitate humilitate, mansuetudine ac facilitate non dicta. Hac enim quinis prudentia peritus oculos in illum coniunctione faciliter animaduertebat. Scriptum est enim: *Ex visu cognoscitur vir, & ait occursum facies cognoscitur sensatus.*

Eccles. 19, 26. *Et alibi Solomon ait: Quomodo in aquis resplendet vultus propiscientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* Oculi enim nostri fenestrari sunt instar, per quas animi affectiones, perturbationesque cordis apparent. Neque minor eius in verbis modestia quam in ceteris relucebat. Iocosum enim verbum & dicterium non iaciebat. Itaque intelligebat illud Apostoli, *securitas que ad rem non pertinet:* quod sic exponere solitus, ridicula ad vitam Christianam grauitatem nihil pertinere. Ritus eius talis, quod de B. Bernardo refertur, calcaribus magis indigeret quam freno. Evidem testis sunt huius rei oculatus nisi enim familiarius eum nollem, quam in interdum visitando, falli saperumero potuisse. Verum cum dies plurimos illo vterer, ut supradicere memini, communis versans sub tecto & mensa, ad-

mirabar frequenter eodem perpetuo semper vultu apparere. à cibo sere iociis indulgent homines aut in risum soliuntur; illum vero numquam animaduertiri à prandio vel cena alio vultu, quam si à preicatione surgeret. Hinc factum est omnes illo libenter vti solere, idque reverenter & honoris significatione neque hi solum familiares, sed & nobiles atque antistites quos venerabatur. Frons enim, vt ita dicam, inscripta quid intus lateret proferebat. Vnde in ore illud frequens plerisque fuit: *Hic solo nos respondeamus ad pietatem communem.*

De Paupertatis virtute.

E Vangelice prædicationi quam coniuncta paupertatis virtus sit, Seruator ipse declarat, ad Euan gelizandum mittens discipulos. Quamobrem, vt ante a dicere memini, noster hic Ecclesiastes, cum se huic muneri destinasset, initio omnibus se bonis hereditate acquisitis abdicauit. Praterea nihil unquam possedit, nec accepit dum viueret patuos libros & ad sacrificandum necessaria. Memor adhac Christum Dominum quem adamaret, nudum de cruce peperisse, quod reliquum seruabat discipulo cuidam, tabulis publicis legavit, sexennio antequam vita abiit. Sacerdoria Canonorum etiam praecario oblata, constanter reculauit & in aulam regiam ob vita innocentis famam doctrinamque euocatus modeste semper eō proficiens refugit. Tametsi vero maiores in aula fructus colligere posset, quod ibi iustitiae fons, reique publica administratio sedem habeat, communi tamen seruire istuc utilitatem noluit, ne solitudinem in discrimen, in tanta negotiorum mole quibus aulici vivunt obnoxii vocaret, vsus confilio quod suis Ecclesiastis dare solebat, hac plerumque usus formula;

I. veros plures quam lathe atere possumus, aut negotia

quam sustinere queamus, ne appetamus. Quia se alebat

Fiduciam potissimum fides exitit ac fiducia constans prouidencia paternæ in Deo Opt. Max. Exponens itaque Debatalia

Corduba Clero Theologiam, exhibuit Biblia exilium.

formam secum gestare solitus, apertoque libro Euangelij in illum locum incidit: *Quare primum regnum Dei: & institutum est, & hoc omnia adiungentur vobis.*

Notasfe se vngue dicebat locum, & verbis Christi ac promissis fratre, numquam sua vita necessaria

quidquam illi ad hanc diem defuisse. Cui rei firmam

de mihi semel retulit; si quis Genuensis trapezita

fecunda idem promitteret, cautum sati sibi opinare

tur nihil unquam defuturum: quanto vero iustius fidendum Dei verbo, ac promisso Filii Dei, quod ad-

eō certum est, quod ipsa testatur Veritas; Caelum &

terram transitura, Verbum autem Dei non item. Fa-

miliari item suo discipulo dicere solebat, Christum

plane illud adimplisse, quod in Euangelio promis-

tit; *Quare reliqua ea, que possideret, centuplum in hac*

Matt. 19. vita acepit, vt nihil in vita illi defuerit, in modo multa

fit largitus, quibus alijs prodesse, openique in necessitate adferre posset. Potuit itaque iure cum Apostolo dicens: *Ecce viuimus sicut eventus, multis autem*

locupletantes: summa enim sollicitudine pauperum

Anula jam in opia succurrebat, & quidem in nosocomijs. Vnde per nos enim vehementer ut Xerodochium Granata ma-

ximum non procul à coenobio S. Hieronymi exi-

taretur? Quotquot item ab impura redire vita ad

frugem vellent, Deoque obsequi, hunc sunt exper-

ti patronum, non modo anima saluti, veram etiam

corpori necessarijs. Evidem memoria teneo mis-

sam à me quandam Granata que in melius vitam

instituere certa, benignab illo accepta est, & ne-

cessaria vita illi curauit. Suppetebat enim illi DEI

benignitate, voluntariam ditando paupertatem

quam eius nomine suscepit. Neque spiritus pau-

peratus

perata contentus, corporis etiam cōplecti studuit. Induebatur itaque vili tunica, veste attrita, nouam verò iniucus gestauit. Iussit & Gaspar Granatensis Archiepiscopus, ut famuli pileum furtim sublegarent, vel pallium vetus, nouumque supponerent. Nobilis quoque matrona pietati addicta vetus illi pallium clam abstulit, & nouum vicissim reponuit. Cumque manè pallium requireret ingeminando il- lūd: *Redde mihi pallium*: neque erat qui morem gereret, sperabant enim fore ut necessitati pareret: sed minimè sufficit: vigilia enim Natalis Christi super pellicum, ut vulgo nominant, antiquo induxit vestimento, quo vtebatur: itaque ad vespertinum ab ijt officium. Quo confecto veterem illi chlamidem retinuerunt. Interrogatus à discipulis quomodo Hispalī concionari incipiens rem gesuisset, nondum adhuc notus qui postea innotuerit? respondit ille, tenuisse se calis cum Sacerdote uno, nemine famulante. Sacris item operaturus obuium rogabat, sacro se administrum praberet. Ad vīctum autem quod attiner, vescebatur ijs quæ per vicos venderentur, lacte, Punicis malis, ac fructibus crudis igni minime appositis. Pij aliquor tamen interdum eleemosynā qua illa coemeret mitabant. Cubitulum & lectus, quæque domui vslī essent, pauperis odorem proferebant. Tantusq; huius exigit virtutis cultor, memoriam repetens in opiam Christi Domini summē ab eo dilecti, qui natus vixit & obiit egenus ac nudus, vt & ostiatim eleemosynam ac stipem querere optaret, tanquam verè pauper, nisi amici prohibuisserint. Hinc cum illud aliquando apud illum referre, sanctum Franciscum adamasse suisque commendasse paupertatem ob bona eius bona: quod radix malorum, quæ est avaritia, sic resecetur, deinde quod contentus religiosus ijs quæ omnino necessaria sunt (quod rarò accidit) liber evadat & expeditus quo se meditationis rerum coelestium totum impendat, ut potè qui cum terra nihil habeat communie. Adhac ille respondit, non suisse illam principem caussam S. illius Patriarchi, sed potius ingentem quo flagrabit amorem erga Christum, itaque videns illum nasci ac vivere perpetuò in opem, vi bī caput reclinare, et non haberet: præcipue verò in cruce mortuū, ideoque vivere se nolle ac mori nisi quomodo dilectus eius Christus vixit mortuusque est.

De abstinentia in virtute.

Abstinentia foro ac socia est paupertatis neque enim inops lautos habet cibos, nec eos tolerat abstinentia, sic altera alteri opem fert; *Anula* autem abstinentia similis erat Apostoli, cuius haec sunt verba: *Habentes alimenta & quibus regamur, his contenti simus*. Quare tuenda vita necessaria sumptus, non tamen quæ gulam irritarent. Coniuia itaque vocatus, & lauto conspecto epulo, dicere solebat: *Coquinaria adferantur*, velci enim nisi assuetis cibis nolebat, quantum corpori alendo in Prædicationis officio eset satis. In quibus & deesse sibi aliquid sèpè sinebat, à Dei potius prouidentia, quam humanis adminiculis subsidia sperans. Granatæ etenim r̄ger carnis indigens esu, Marchionista Mondejar sermonum eius fructu partim conſecto, partim viri ex aggritudini imbecillitate, dicebat carnis esum illi in Quadragesima indulgendum; ne quod maius minori amitteretur, cui ille me præsentis respondebat, se Concionatorem indies testari ac promulgare fauores & subsidia diuina, naturam excedentia, & eum itaque bonumque opere & re ipsa id testatum faciat, quod verbis prædict? In multis Deo fretus quod in humanis remedij incommoda interdum mali speciem habentia euéniant, ut verbi gratia, Quadragesime ieunijs, carnis velci, qui abstinentiam de superiori loco prædicens. In cibis

quotidianis cauebat, illum cibum postulo, aut illū, dicere, sed quod ante possum erat, edebat, nisi, ut diximus, delicate nimis coctus eset. Fortè cùm apud nos cenaret, apposito cibo quodam, simulque falso piscicolo sardino, cuius esu delectabatur, Puer *Quantum in Aula resig- natio.* q; ministrabat, ignorans (cutellā abstulit: ille solita sua mansuetudine nihil dixit aliud, quam, *Fiat ut* via. Simplex ea vox satis ostendit, quam resignatus eset, voluntateque subacta, ut ne cum puerο quidem contendere vellet, aut iubere, nedum scutellam auferret. Si minister vir fuisset, equidem non mirarer, noluisse obseruari cibū aliquem à se appeti: verum in puerο eam ab eo exhibitam moderationem sanè admirandam.

Vinum bibebat non mertum, sed mixtum, primo- que gustabat, an satis aqua temperatum eset, memor beatum Augustinum se in Confessionibus accusasse ut verè humilem, ut longè ab ebrietate alienus, quod temperantia aliquando fines excessisset. Quamobrem *Aula* examinabat prius quod eset bibendum, tui ut compos manereret, neque in studijs ac quotidianis operibus deficeret. Nam, ut beatus suadet Hieronymus, post cibum & legere licet & orare. Verum a cibo quotidiano silentium tenere horabantur: quod tunc frexa lingua laxare homines soleant, aut post cibum etiam contende- re consuenerunt.

De patientia in morbis tolerandis.

Ab his virtutibus ad difficiliores maiorisque meriti transeamus, ut in tolerandis rebus arduis ac difficillimis, in quibus virtutis apparet sinceritas. Quando Dominus hunc seruum carece patientia corona noluit, neque alia grassari via, quam crucis. Dicam itaque primum de patientia egreditur, mox in tolerandis iniurijs, quæ patientia maioris sit meriti ac perfectionis.

Post quinquagelium itaque etatis annum morbis ceperit conflicti. Nam fructum hunc cepit asisti- *Morbi Aula* duarū ad populum concionum, & longarum, quas *varij.* ingenti spiritu ac feruore quibus corda commouebat, profudit. Hic enim interiora ipius concutiebatur, quibus humanum conflat corpus, stomachi amitterat appetitum. Huic malo accessere renum dolores & arthriticas morbus, seu podagra, cum acutissimis morbis in brachiorum crurumque nervis. Adhac febribus acutis laborabat. Familiari cuidam discipulo, qui eum curabat, dicere solitus, melius secum agi, cum tam ingenti labore, quam cum febribus laboraret; potissimum verò quia Seruator nostri ingentes pertulit dolores, febres verò multis diei horis occupatum tenebant: dolores verò acuti sex ferè horis pungebant. Quibus horis transactis Canonicas recitare horas, legere, & aures proximo dare confutatibus poterat. Hinc soler febres impedimenta nominare, dolorem earum nihil curans, sed temporum iacturam, quibus bona opera intermitte solent, cuius grandorem quam doloris sensum preferebat. In dolorum summo gradu ac morborum illud in ore frequenter fuit: *Domine auge do-^{Febres cur} ta vocanter* impedi- *tem, sed & patientiam*. Medicinam medici adhibebant, & qui adstabant Lytanias recitabant, nec dolor cessavit, quos sic affatus est: *Fratres ita si ne- cesse est, dum placet Dominus*. Dolor vbi remisit, familiari suo narrat discipulo, nocte se quadam simili- ter laborasse, & fratres qui ministrabant, defessos, somno captos, & extincta lucerna, dum crescit dolor ne suos somno excitaret, solus tacite dolorem pertulit. Vixit tandem vi doloris rogat Christum, auferret illum. Statim somno breui correptus, sine dolore euigilat & agonizexpers. Dixit autem suis: *Quo me colapho hac nocte Christus exceptit!* Notanda sanè vox, & sermo, quem caro & sanguis non intel-

ligant,

ligant, sed vir ille cognoscet, intelligens quantum sit in doloribus meritum Patientiae. Videbat etiam hoc postulando partem se meriti amississe, simul etiam agnoscet a Deo se humiliatum, & imbecillitatis sensum sibi datum, quandoquidem ut infirmus omnis recusat. Sic & philosopando dixit aliquando, cum morbi vis vigeret: Deus profecto usque sed admirandus in agro delitescere, quantum in Concionatore in cathedra perorante. Scire

*Septendecim
annū morbi
est conficta
tua.*

*Dens cur a-
mico suis
aduersa im-
mittat.*

a. Cor. 4.7

qui volet quamdiu morbis est conflictatus, respondeo, annos amplius septendecim quæ res magnam mihi concitauit admirationem, persuasique Deo placere dolores patienter toleratos, cum tot annos *Aula* munus Deo adeo gratum obuiisset, honest, Ecclesiastæ, tantisque animas lucifecisset, totque formaliter discipulos & auditores, studia promouisset, dies noctesque sudando, & tantam laureolam sibi parando, quot animas peccati luto, extraxit, post rot merita, quando in senio post tot labores quiescendum esset, maiora illi præmia Deus delinuit, quam haec tenus commeruerat. In illis enim gustum atque solamen in his verò maximos percepit dolores. Vnde colligo quantum sit in laboribus meritum, quando plena in unum (quod autem Deus in huius serui effudit finum). Probat Seneca dolores & infornitia vita huius mala non esse, quandoquidem M. Cato ea perpessus fit, quem ille virum bonum esse existimabat. Quanto nos iustius idem dixerimus, quia tot tantaque aduersa Deus huic famulo immisit. Deus non fert gratiam suam ac beneficia otiosa esse. Mercatores pecuniam in arca oriosam jacerent nolentes, ubi nihil est lucri, sed negotiantur & permuntant ut nummos augent: sic & Deus sibi gratiam abundare videt, materiam exercendi talenti obiicit: neque maior luci seges quam ex aduersis patienter toleratis. Ut enim Apollonus ait: *Id quod in presenti est momentaneum & tene tribulatione nostra supradum in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis.* Inter innumerabilia huius rei exempla non postrem illud S. Laurentij Martyris suppetit, qui ter virginis casus immaniter, & varijs flagellis dicendo: *Iesu bone accipe spiritum meum;* vocem coelitus audiuit; *Multa adhuc restant tibi certamina.* Hoc Deus pronunciavit quod Martylem ut fortè cognoscet, gratiaque plenum, ad maiora toleranda, & ne corona amitteret augmentum patiendi vberiorem materiam largitur. Argumentum verò dolorum hanc esse causam, cur à Deo seruis suis immittantur, patientia est, & quia ei complacutum est in eis. Dominus enim pè in vitroque suis consultit, labore simil & patientia, vt in *Aula* noltro iam ostendimus. Singulare verò illud, in medio morborum proximis prodesse qua posset non desistere, qua hortando velatas virgines in cœnobiosis, quarum curam gerebat tanquam sponsarum Christi, qua consolando & erudiendo plurimos quæ ad salutem necessaria, plurimas adhuc epistles spiritalis (in quibus gratia Dei plurimum valuit, vt & spirituum discretionis) conscripsit, qua medicinam opemque in re necessaria spiritu adferrent, dolores mitigarent, quod essent ipsius manu conscriptæ. Sic enim vi quadam ac spiritu solari nouerat, animumque addere iis qui his indigerent subsidij. His occupatus in medijs doloribus atque agitudine non hic substitit, sed & festis solemnibus potissimum verò SS. Sacramenti Altaris, vel B. Virginis (qua feta religiosissime colebat) cubitu surgebat, vires Domino largiente, qui & morbum indulserat. Concionabatur plerumque octo conciones singulis octauæ Eucharistiæ diebus, idque tam valido corpore, vt æger minimè appareret. At octauo iam die elapsa ægritudo redibat, idque per annos aliquot obserua-

uatum & illud extrema vita conciones ceteris feruore vehementiores vias esse.

De tolerantia in aduersis.

ET si verò hoc patiendi genus ingētis sit meriti, maioris adhuc aliud est, iniurias & quo animo perpeti. Quā virtutē ornare Deus in *Aula* corona voluit, suoq; signaculo obsignauit, calice propinans quem ipse haulit, dicens: *Non est seruus maior Domini no suo; si me persecuti sint, & vos persequentur, & si verba mea calumniati sint, calumniabitur & veſtra.* Sic enim *Aula* vſuenit, cum verba calumniantur, & ad fidei Quæſitores delatae, dicent salutis portam diuitibus claudere, & id genus alia. Inservunt itaque Quæſitores fidei Hispali dum causa expeditur, custodia eum claudi. M. Parraga regens collegiostri. Thomæ in viuis tunc erat homo literatus, grandis etate, ac sanctimoniam: cognita *Aula* virtute ac sanctitate, fructu denique ipsius doctrina, narravit mihi consilium sibi datum testes examinare defineret, adferens illud, vt quis ad legitimam sui defensionem oppugnantem occidere potest, cum moderamine, vt loquuntur, inculpat ut teles; sic & testes impedit se infamia notantes posse. Sed ne hac quidem ratione, neque alia adduci potuit, vt illo vteretur inuento: affirmans se Deo nisi, siue innocentia, has se saluum fore. Quandoquidem Deus, teste Augustino, nec amat, nec deserit præcipue in tribulatione. Imò in Psalmis ait de inſto: *Cum ipso sum in tribulatione, expiam eum & glo- rificabo eum.* Seruauit id accurate in *Aula*, qui ex hac calumnia probatus, & fide plenus euasit, iubentibus Quæſitoribus fidei, yr felto die in eodemque templo vbi prædicare solitus erat, ad S. Saluatoris vasto templo & collegiato Hispalensi concionaretur. In cathedrali sumul apparuit, tubis ac tibijs ingens datus plausus ciuium magno solatio. Ut vero Saluatori placeret verba facere coepit, auditores adhortans preces pro se calumniantibus funderent.

Verum ne hoc quidem tempore otiosus erat, nec oblitus eius Christus est, qui consolari solet eos qui pro nomine ipsius patiuntur, vt quemadmodum Propheta ait Regius, *secundum multitudinem dolorum consilaciones animam levificant.* De hac ipsa re familiariter aliquando meū colloquitus dixit hoc tempore Dei benignum erga se exitisse, id est in proprio habere dñi mysterii redemptionis humanæ cognitionem tum suggesteret. Hi enim thesauri sunt in *Quod em- lumentum ex captiuis teroponit.* Christo nobis ad sperandum & amandum, & animum in Deo exhilarandum, & ictu animo perpeti aduersa pro illo; custodiam verò illam felicem sibi reputabat fulle quod paucis diebus plusquam annis aliquot studiorum hoc mysterium euoluisset. Apparet igitur parem gratiam illi tum Christum præstissime quam Hieremia Propheta. Hic enim veritatem publicè profitendo compedibus vincit solatum Dei sentit cum ingenti ac lata apparitione, his verbis: *Clama ad me, & exaudiā te & annuncio tibi grandia & firma quæscis.* Oſtendit ibi instaurationem Hierofolymorum post Babyloniam captiuitatem, mundumque reparandum Christi Domini aduentu, verbis sanè id grandibus eiusdem capit. XXXIII. exaggerando. Hic enim Dominus consolari suis solet etiam captiuos lumine alluendo, cognitioneque redemptionis humanæ, que summa religionis Christianæ Philosophia existit. Non desuere persecutiones alia simulationesque. Nec enim frustra Saluator ait: *Si patrem familias Bezel. bub vocarunt quanto magis domesticos.* Si inuidia eisdem Dominum adeo prescit vt ad mortem deduxerit, animaduertit & hoc Pontius Pilatus, quod Matt. 27. 11. Matt. 15. 26.

*Patiens in
vidos.*

per inuidiam tradidisset cum...). Ecquid mirum eadē & familiares eius vrgeri. Recē dixit Seneca Philosophus: Si nullos tibi inimicos facit iniuria, multos facit inuidia. Idem *Aula* visuuenit: quidam enim Concionatores fama ipsius incitati & auditorum perspecta frequentia, itaque se negligi, aliorum felicem succelsum, iniuriam sibi interpretabantur, hoc verme inuidia arrorente viscera, ut viperā qua matris vnde natuit ventrem perrumpit. Tales qui repugnent plures in vita expertus est, potissimum concionandi initio; donec tandem virtutis exemplo inuidiam superauit. Attrauen animi tranquillitatem proptereā non amisit, pacemque semper seruauit, neque amullos verbis oppugnauit, imd̄ qua poterat verbis placet, spinasque cordi exemit. Adhac quia nocere studebant re, hac illi bene merendi de alijs materia fuit. Norat enim (vt Ixpe ipse per epistolam scriperat alijs, verboque de superiori loco docuerat) proprium id esse filiorum Dei munus, petras in panem conuertere, & venenum in medelam, adeoque in virtute crescere qua alijs decrescerent. Ostendit itaque familiari cuidam discipulo, vtilitatem quam inimicorum amulatio anima suā peperisset.

De pietate eius erga B. Virginem.

Agnū cū adamaret *Aula*, ouem quoque coluit genitricem, hoc est vt filij erat studio-sus, sic & matris fuit. Tantum est enim filium inter & matrem vinculum, vt qui alterum amet, vtrumque amet necesse est. Filius enim eiusdem substantia vt homo & carnem à matre traxit, vt qui filium amet, matrem admarare sic necesse. Hinc granditatem, dignationemque B. Matris scrutabatur, ratiocinando ductō argumento à fili⁹ dignitate vt quo matrem cognosceret. Nam Catholica religio, omnisque adeo Theologia Christi Scrutatoris exaltat Incarnationem supra humani intellectus vim & Angelici. Cū enim dimittere se Deus voluerit, humanam vt carnem nostram indueret, talem etiam genitricem esse oportuit qua nō dedecori esset, quin potius decus & gloria, hominem ex ea fieri, qui natus est, Dei filium. Vnde & dignitatē vicissim matris cognoscimus: cū enim Deus matrem qua nascetur eligeret, talem esse decuit, qui honori quoque esset filium talem peperisse. Cognoverat id probē Ecclesiastes noster, vt hinc Virginis deditus ac deuotus exiterit. Apparet hoc, testatumque reliquit concionibus quas ad populum habuit, suntque in manibus. Dicendum itaque hoc loco de hac eius deuotione nonnihil. Verba faciens Granata roga-tus vt pro concione populum hortaretur, vt eleemosynis fabricam templi maioris, quā tunc exstrui in B. Virginis honorem cepta, iuwaret: cū inter alia dixit: Evidem adero fabricantibus & ingentem lapidem humeris tollam, qui ponetur fundamento templi in honorem Deiparae Virginis. Quibus verbis eam vim Deus addidit ceterisq; adjunctis, vt magna pecunia vis supra quām dici potest, colligetur. Inopes à pecunia, per auctionem sua distrahebat ad templi architeconicam. Quoties item idē repetebat abundē collectum. Suadebat aſſidue concionabaturque ingenii spiritu de pietate erga matrem Dei. Virginibus virginitatem suadebat integratē, vt plurim⁹ ſeculo valere iuffo, eti⁹ in dignitate effent, ſeipsas caritatis voto obſtinuerit, alia etiam religiōarum ſeſe septis incluerunt. Hispali quid accidit? Princeps inter ciues vxorem tolle-re Zelotypus decreuerat. Consultit *Aulam* qui forte occurrerat: & in proximum digressi templum hominem auscultabat, diſuauitque necem magna verborum vi: cumque nondum satis persuasile vi-

deretur, hæc subiecit: Dolos sanè mea tibi confilia parvus prodeſſe. Et quamus audiendo offiſſus es, rogo tamē genibus aduolnaris adhanc B. Virginis imaginem suppliciter rogando, hanc tibi animi affectionem auferat. Paruit ille, ſenſitque confeſſum remedium, dolorisque leuationem, vt mox *Aula* significauit: & vterque Deo gratias egit pro hoc singulari beneficio, odio iam sublato ſufpicioneque falſa vxoris.

Quam deditus Eucharistia Sacramento fuerit.

Diximus ſupra quo lumine intellectus myste-rium hoc Incarnationis Chrifti cognorit *Aula*: eadem luce ac gratia donatus à Deo ad sanctissimum altaris Sacramentum cognoscendum. Neque id mirum quod intuicem hæc nexa ſint. Qui enim Dominus oblatus est in Caluaria monte, idē ſein Missa offert Sacrificio. Admirandus itaque in pietate & cultu huius extitit Sacramenti: qui cultus augebatur ſolatio ac gaudiu[m] panem hunc Angelorum ſumendo. Et quamquam duo hæc mysteria valde illum inuitabant, conſolabanturque: incarnationis tamen fidem habebar & quidem uitiam, *Præter fidem* *etiam gratiam* *in Eucharistie* præter fidem etiam gaudiu[m] experimentumq; *propter Aulam* quotidianarum conſolationum ac fauoris Dei. Et hæc quidem tanta fuere, vt conſionando ſenſe in genue prædicari, experientia ſe huic virtutis & effectu, quem Sacramentum hoc in anima operatur, non modō non difficilem eſſe fidem diuini huic mysterij, imd̄ & facilem ac periucundam. Cū ſit autem vetus hoc verbum verum: Narrat quisque ueges in foro res ej⁹, quo benē in hoc Sacroſancto Sacramento illi celiſſeret, ſic & altissima grandi ſpiritu, de eius prædicabat dignitate. Neque contentus viua vocis laudibus, conscripſit & centum amplius folia in Evangelium feliſi Eucharistie: qua ſolia familiares eius diſcipuli poſſident. Neque ſolus hoc fruebatur cibo ſermonum, ſed & cum fratribus co-*Scriptis in E.* *angelium* *feliſi Lucta-* *ritia.*

ob rem nouam (quandoquidem cum ipſo ceperit E. *A. t. uangelio Apostolorum temporibus*) ſed quod hominum improbitas ac desidia nouam rem finixerat per ſe antiquam, maximeque rei Christiana vtilem. Verum cum mundi ſenſu non regeretur *Aula*, ſed veritatis ſpiritu qui cor eius occūparat, eodem ipſo fretus ſpiritu ſeculi ſe fluctibus obiecit, procellas ſe-*Per etiamnam* *venerabilis* *Sacramenti* *conclaves* *habuit.*

lices interpretans, hac de cauſa in ſe concitatas. Pra-terea fidelium pietatis excitanda per octo Festi Eu-*Pro officiis* *corporis* *Christi que* *que quinta* *feria recitari* *do instituit.*

charistiæ dies concionari solebat, vt ſuprā retuli, cu-
rabatque feliſi huius ſolemnitate auguſtam haber-
iūque ſupplicationem. Adhac dum Granata con-
cionatur, quinta quaq; feria in lacrario templi ma-
ioris concionabatur de Eucharistiæ Sacramento,
qui frequens, eti⁹ ſeltus dies non eſſet, populus af-
fluēbat. Utique pietas hominum cresceret, crebrō ad ſummos ſcriptis Pontifices rogando iuberet quinta
quaq; Septimana per annum feria hora recitaren-
tur de ſacro ſancto Altaris Sacramento. Hortabatur
& Sacerdotes familiariter ritum expōnens, quaq;
reuerentia ſe ad celebrandum festum diem ſacrum
que compararent. Suos infuper hic diſcipulis ac
concionatoribus auctor fuit, hortaretur concionan-
do ad frequentem Sacramenti vīum: quo modo
multos ſibi adiunxerunt, animisque medelam at-
tulerunt. Quo factum eſt, vt ipse ſuīque magna à
Deo ſint præmia conſecuti. Verum enim verò ita fre-
quentari iuſſit Sacramento, vt ad vitam cuiusque ac
mores respectum haberent, pro frequentis cu-
jusque

jusque emolumento. Et sic prudens confessarius licentiam aut daret aut negaret communicandi. Perspicuum ex epistolis ab eo datis ad Ecclesiastas super hac re prudentia refertis ac iudicio, ut qui harum rerum magnum haberet experimentum.

Missa celebrabat officium suis tot lacrymis ac pietate, quam incuteret etiam audientibus. Ita sacris semel operatis discipulorum vni dixit: *Opto Missam semel bene peragere.* Alias vero eidem dixit: *Cum Missam celebrare defsy, os aperire nolle.* Interpretetur hoc dictum quisque pro suo arbitratu. Refert D. Bernardus, *oris instrumentum cor evanescere posse;* & fortassis idem dixit, optans os claudere sumi, ut amoris ignis, qui hoc Sacramentum accenditur, foras non erumperet, aut idem dixit, quod pio homini videretur aliud quid indignum esse ingredi quo Deus iam intraverit. Solitus adhac dicere, optare se vt dum vineret domum incoleret, in qua fenera ad sanctissimum Eucharistia respiceret Altare. Sanè desiderium hoc è studio & amore natum: qui amor tum denum delectatur, cum re potitur amata. Nunc Deus voti compotem fecit, cum facie ad faciem videt: et si exultabat sub velo cernens quonobis hic Christus apparet, quid erit absque velo in sua gloria ac pulchritudine facie ad faciem contemplantari.

Dixit forte ei è familiaribus vnuus: *Domine, viuam à Christianis urbs Hierusalem possideretur, ut paulam eò commigare liceret, sanctisq; illis locis emori, ubi Christus nostram operatus est salutem, auditare, solita animi pausa repositus:* *Nonne habes sacramentum eius desi, sanctam Altaris sacramonum? Eius dum mibi venit derum erga in mentem, quacunque in terris sunt fastidia.*

Nota singula re eius desi: *Sanctam Altaris sacramonum?* Eius dum mibi venit derum erga in mentem, quacunque in terris sunt fastidia.
hec Sacra-
mentum.
Non hæc capiunt omnes nisi qui gustum habent, Dei benignitate, panis Angelici ac cœlestis, ac luce singulari illuminantur, ut ingentem Dei dilectionem agnoscant, quam ostendit nobis in hoc Sacramento Altaris. Volens diuina maiestas, quæ in celis Angeli exaltat, in terris cum peccatoribus degere, & in nostris habitare corporibus atque animis, ut sanctificer, similesque sibi reddat vita, hic innocentia, & post in gloria æternæ magnitudine. Hac enim recognita, non modò viua fide, verum etiam experientia ac lumine singulari Spiritus sancti, mirandus non est, dixisse etiam *Auila*, dum diuinum meminisset Sacramenti, omnia se mundi fastidire.

Magnus ei erat ardor quotidie cōmunicandi pane coelesti: cumque agrititudinis gratia atque imbecillitatis quibus, affligebatur opus esset ad secundā horā aliquid gustare aut ad tertiam in aurora, breve diploma à Pontif. obtinuit, ut ante illas communicare liceret horas. Quod breve diploma P. Salmeron à Paulo IV. Pont. obtinuit anno M. D. LV III. beatissimum Patrem instruens super meritis ac morbo *Auila*. Qui illi concessit post duodecim annos media noctis facis posse operari, aut sacrificantis manu synaxim accipere.

Denique eo erga Eucharistia Sacramentum studio fuit, ut illi relaxationi & morbi leuamento esset pia confitibile. Cumque additus fuic in primis esset Sacramento, sic erat etiam mysterio Incarnationis Christi, ac B. Virginis, ut iam diximus, dicere solebat, ut si per omnem vitam scribere de his tribus vellet rebus, argumentum defore nunquam. Idem & de Spiritu S. dicere solitus est, cu toties experiretur effecta atque anima influxum, hinc illi nata deuotio est, ut ne de Spiritu sancto defuturum quod scriberet, nec de tribus supradictis quod predicaret. Deuotio etenim ut à sanctis dictum Patribus, lingua est anima. Cernas itaque si pia sit mens, pia plurima ex corde Deo proferti, quod alias non pos-

set. Nihil itaque mirandum, piū hunc *Auila*, erga supradicta quatuor, Eucharistiam, Chrlitum, eiusque Matrem, ac S. Spiritum scribendi tempus ac dicendi materiam abunde suppeditasse.

DE CONCIONIBVS SACRIS ceramq; fructu.

CAPVT IV.

DE iusto scriptum est eum instar esse arboris Mal. 13. Ad aquarum plantata: que fructum dabit in H. et 17. tempore suo, & folia eius non deficient, & omnia quæcumque faciat prosperabuntur. Age videamus, quæ fructum tulerit arbor ista ad marginem posita aquarum sacræ Scripturæ decurrentium, aucta que gratia imbris, & aëre, ac vento sancti Spiritus, laboribus exculta, ac virtutum exercitatione. Hac enim perfectione acquisita suo emolumento fructum proferat nosce est, & commodum alijs conferat. Quod illi negotium studio cùm esset, ex quo de superiori loco verba facere coepit, hoc est, vires omnes impendere, studia item ad Dei obsequiū & animarivitatem, visus ei fuit eo consilio locus deligen-
*duis Indi-
ficij para.* dus, vbi maior & laboris vis, esset, maiorq; necessitas impenderet, honoris vero minimū & applausis facularis offeretur. Ad Indos itaq; nauigandum duxit. Cùm ecce commoda illi fuit oblata occasio, vt coniungeretur contubernio Episcopi Tlaxcalæ, qui secum *Auila* ducere in Indiam voluit. Venit itaque hoc consilio Hispalim, & nauigandi tempus opportunum praefolans ibidem se ad navigationem comparabat. At Deus qui alteri eum destinabat loco, quicquid speneretur voluntatem suam declarat, efficiens ut nostra expleri non queat, conatus huius noua ratione euerit. Dum enim moratur tempus ut se via committat sacris operabatur quotidie in templo quadam, ea pietate ac reverentia, lacrymarumque vi, vt cum P. Contreras, magna vir auctoritatis ac virtutis, hac arrepta occasione, familiarius cū illo agere coepit, & explorare, quid animo agitaret. Quia re cognita auertere illum ab ea studuit, asserens in Boetica sat negotij suppetere, ut Indiam adire necesse non sit. Verum cum mutare nollet ipse propositum nec socios via deserere, accessit P. Contreras. D. Alfonsum Manriqueum Archiepiscopum Hispalensem, & Quæstorēm fidei generalem; certiori eum faciens de *Auila* & fructu quem ab illo sperare posset diecephi Archiepiscopali: fundens ut ad se accitum vocaret, cogeretque obedientiæ vi ibidem manere. Euocato itaque P. *Auila* adferente illa quæ iam diximus, ac se omni quæpoterat, ratione excusante allatis interim varijs rationibus, tandem Spiritus sanctus, qui per Pontifices voluntare speneretur operi suam, ita erga *Auila* tabita nro Hispalensi die, præsente Archiepiscopo illo Hispalensi cum nobilitatis flore. Narrabat postea suis discipulis *Auila*, anxius se priusquam concenderet pulpitum, ruboreque plenum extitisse. Hoc itaque in agone oculos ad imaginem Christi cruci affixi quæ appensa erat, attollens, sic precatus est: *Domine Iesu per illum ruborem quem calisti, cum vestibus ex eius cruci affixus es supplex oro hunc mihi inutilem pudorem expias; desq; verbum tuum in ore meo, ut hoc concione ad tuu nominis gloriam vel utram animam lucifaci tam.* Annuit Deus: dixitque posse suis familia-

Pontifex ei
indulget ut
post duodeci-
mam noctis
horam cele-
breare posse.

Familiaribus, è maximis vnum hunc sermonem extitile, maximeque frugiferum: relicts interim auctoribus obstupefactis, spiritum & dicendi feruorem vnicè admirantibus.

Perrexit porrò eodem semper spiritus feruore, vt semper concionari, mouebatque corda audienciuò quò vellet. Accesit tum deum P. Contrecas, cuius suprà facta mentio est, & sacerdotes aliquot honesti, quibus vsuè est familiariter & fructum doctrinæ ipsius pietatisq; hauserunt. In valetudinarijs interdum verba faciebat, ingenti stiptante auditoriū caterua. Scholas item puerorum ordinare cepit ac Christianam explicare doctrinam seu catechismum in foro vicisq; publicis. Dicit multumq; Hispali hisse muneribus exercut. Verum cùm concionatores nubium instar sint, teste Iosua Propheta, irrigantes varias regiones, vbi placitum est Deo, dirigere velut gubernaculo, vt Iob loquitur: Hispali decadens ad alia eiudè Archiepiscopatus oppida, vt ad Alcalam de Guadaira, Xerez, Palmā & Ecigā excurrebat totiq; annos nouem in concionando consumpsit, a spicatus, ab anno duodecimo, aut a tricelmo ætatis anno cùm ingenti sanè fructu atq; vtilitate multorum & vocatione ad perfectionē vitæ tametsi valde duri homines viderentur. Audire memini exag- gerantem aliquod pro concione eorū vitiū, qui pecunia quādā voluptrate Deū offendere nō dubitauit: Ieremias illa verba adhibeo: *Obstupescere cali super hos, &c. & reuera tam vehementi spiritu atq; admiratione omnium ea protulit, vt mihi parietes templi tremere ac commoueri viderentur. Longum es- se singulatum fructum concionum eius commemo- rare: et si in ista de re illa aliquid attingam.*

*Scholas inisti-
tuit & Cate-
chismum de-
cuit.*

*Alius Archi-
episcopus
Hispalensis
opida concio-
nando per-
agebat.*

Iere 2, 12.

Opidis illis reliquis Cordubam venit sub Episcopo F. Ioanne Toletano. A seduic ibi concionatus, frequenti auditorum concursu, omniumque placito. Iacta itaq; Euangelijs agena multos cœpit pisces variarū personarum cum nobilium & Clericorum, tū aliorum fortis inferioris, & insimae gentis multorū. Cordubæ quoque verfatus est sub Christophoro Roxa: eiusque usuā collegium ibidem instituit Clericorum proborum, vt inde ad vicinos pagos concionaturi excurerent. Habitac tunc forte Synodus Cordubæ, qua solus Clericis seorsim concionabatur: apprecauit illis profectum in spiritu præ ceteris gentibus, quod ministri sunt sacramētorum ac Verbi Dei. Ex eo verò ardore ac desiderio, nascebatur vt tanto feruore ac spiritu ad eos concionaretur, vt auditores sèpè commoueret. Plerique enim vitam in melius commutare statuerunt: alij sequi ipsum proposuerunt veluti discipuli. Ex his ingeniosiores Salmanticam studiorum gratia mittebat. Quos studijs iam confectis & ad patrem reuersos postquam eius doctrina & consortio profecisset dimittebat ad conciones habendas confessionesq; excipiendas variis locis. His ipsis temporibus in hac Cordubensi ciuitate, bonis abundante ingenij, lectione instituit Philosophicam ac Theologicam: & professores ex discipulorum assumpsi grege: idque dum Societas IESV Patres Collegium fundarunt & hoc munus obierunt. Eadem tempestate vespertinis horis sacra proram presi ipse explanabat Scripturam, frequenti concursu ac fruge audiencem. Magnus sane labor in hac vrbe ab illo suscepit & quantum splendoris adferret, passim obseruatum.

Granata concionatur.

Corduba Granatam sub Caspido Aualo Ar- chiepiscopo concessit, Præfule sanè magno Deum in primis timente. Hie spiritum diuinum instaurasse vñus: captus enim fructu Cordubæ ac vicinis in locis collecto, noua excitatus spe virtutis ac sanctimonia vrbis Antitititis ad prædicandi labo-

Granata Opus spiritual.

ré de integro reuertit. Princípio cognita Præfule egredia ac vehemēti eius doctrina, Iesus extitit, quod adiutorem muneris sibi cōmissi Deus dedillet. Locum itaq; ac domus sua membrum illi attribuit, rebusq; in arduis consilio est ipsius vñus. Cœpit concionari feruore nouo ac spiritu, vt laboris fructus abunde responderit. Multi etiam hic se in eius disciplinam tradiderunt. Maxima verò vtilitas cōsecuta est in magistris ac Gymnasij huius vrbis: qui eo vñi sunt per familiariter, doctrina eius profectum facientes, & nonnam ingressi viuendi viam. Cumq; Granatenis Vasta situita, multusque Clerus ac studiosi: Sic multi eius disciplina progressum fecerunt. Protic adhuc Præfulus sanctitas, qui virtuti, vt pat erat, fauebat. Praefuerunt & multorum exempla, qui in virtute excelluerat ex auditiō doctrinā *Aula* & progressus fecerat. Frequens iā inoleuerat Cōmunionis vñus. Discipulorum quidam erant intimi, communici cum illo vñtes mensa in exiguo triclinio. Institu-

*Archiepiscop-
pus Granaten-
sis Aula in-
terfamilia
rescepit.*

tuum & hic Collegium Clericorum Selectorū Colligentium se ad nutum & obsequiū Archiepiscopis *Aula Colla-
gia suo
instituit.*

alud item puerorum, qui catechismo informabantur. Equidem hoc locore cōscere quæa qui à Caristo tunc vocati postea Theologia laurea Doctoris que insignibus cōdecorati sunt: vitæque exemplo atq; innocentia & doctrina Ecclesiæ profuerunt: Cumq; plerique adhuc superstites sint, nomina eorum referre abstineo. Quodque in hac vrbe prosperè cedarent hec omnia similiq; multa, recreatus Pater frumento laborum suorum nominabat vrbe hanc *Granatum*, hoc est, malum punicum, quod ibi eius labor enituisset, manus enim Dei seu digitus negotijs intercessit, fauente Deo *Aula* nostro: qui dies noctesque de amplificanda Dei gloria cogitabat. Præfulus etiam religiosissimus fructum Ecclesie sua animaduertens à doctrina *Aula* profectum, apud se retinere virum studebat, cum consilij gratia, tum bono animarum: Vñus his serè verbis: *Frater magister nobiscum maneto. Ecce Deofructus colligis.* Repondit ille: *Reuerendissime Domine, quæ quid sufficit Deo faciam, ut eumque est.* Archiepiscopus generali hoc responso non contentus, vrgebat magis magisque, verbo vt se obstringeret. Verumtamen etiā importunitus esset offeretque canonictatum, ingensq; Sacerdotium quod vacabat. Non satis tamen hac ad obstringendum valuerunt, vt aliquid de se cōstitueret vñpote qui sius non esset, sed Dei, qui hoc illi concionatoris munus imposuerat. Nouerat probè, quibus hoc munus est, diuina intēdere voluntati debere, qua de suo domicilio ac via disponant, noluit itaque obstringinec vñllā alligari loco, vt multi solent, quorū peregrinus est fructus. Alibi enim doctis abundat Respublica, alibi vero caret, vt illis nauicam assiduitas pareat, hi verò præ defectu eorum fame enescuntur. Quibus hominibus præter caritatis vim loci, mutatio pergrata esse deberet, nouum adferens gustum fructuumque quæ colligunt auditores noui aduentu Ecclesiastæ.

† Afgi concionatur.

Granata iam pro virili exulta Dei vinea, Bae- *B. 69. 40*
gam se contulit ad prædicandum fundanduq; collegium amplum: cui dotando opulentus quidam reditus abunde reliquit. Cognito iam hac in ciuitate factiones antiquitus viguisse & quidem cruentas, inter Benavidos, & Caruajalos, profuso in- *Factiones*
terdum sanguine, ac morte subsequta, hanc Deus compone-
Granata *Opus spiritual.*

Bbb

Nam

Nam Dei verbum in huius serui ore, vbi cunq; verba faceret, ignis erat cor accendens, & malleus qui multorum confunderet duritatem. Hinc enim utrumque nomen Hieremia vati Deus attribuit. Euenit itaque memorandum illud, vt in domo argulta,

Bonus factioforum in Academiam convertitur.

Matt. 13.

quo conuenient factiosi & inimicitiā fōrē essent soliti, collegium ibi inchoaretur: quod in Academiam postea conuersum, concessa laureis donandi studiosos facultate. Cumq; *Aula* rudi in *estate* ante quā malitia intuaderet pueros imbuendos conferat catechismo, morumque honestatē, collegium ibidē puerorum hoc consilio instituit. Vtq; Academia non literarū modō, sed & virtutū (fine quibus literarē nihil profundit) schola esset, euocavit huic Academiam condenda discipulos egregios Granatā reliktos, & veluti, vt Christus ait, simile est regnum cœlorū grano finapis; cuius etiū minimum est semen in arboreum tamen excrescit: ita huic Gymnasio fundendo vsum unuit. Collegiū in paucorū veritatem in Academiam: quod magnus studiosorū numerus confluere ex frequenti illo populo solet. Adhac preceptores primi Academiarū legitimini erant filii ac familiares *Aula*, laeti doctrinā ipsius enutriti, ac formati eius concionandi modo: quod potissimum re id loci vberē colegerūt suū, similesque cōtenderunt reddere suos discipulos. Atque ita prodierunt ex hoc studio egregie cū literari & doctri, tum virtute prædicti qui doctrina atque exemplo vite muleis præluxerūt in Iaensi Episcopatu: sicque granum finapis anteā paruum in arbore excrevit, ramosq; lōgē lateq; vicina in oppida diffudit.

Erat hoc in mole negotiorum optandum maxime, studioq; Patri *Aula*. Similē enim concionari ceperit, doctrina opus esse agnouit, cū ad docendum pueros, tum ad honestos sacerdotes formandos. Agens fortè de his & à mundo id impetrari non posse beneficiū ratus, dicere solebat: *Hoc desiderium ad sepulcrum deforam*. Verum cū ea tempestate Patrum Societatis IESV institutum agnouit, vt voto suo peropportunum, incredibiliter spiritu est gauisus, cognito quo ad id quod præstare ipse nisi multis annis non posset, & quidem agrē, prospexisset Deus aliquem qui illud, institueret ac præscriberet in perpetuum.

Montilla quoque Ecclesiastē agit.

Quanto cum fructu Montilla concinnatus sit Aula.

Zaphram venit anno 146.

Petri Comitis de Aula testimoniū.

Eius encōmīdotarē Deus dotibus.

Quando cum fructu Montilla concinnatus sit Aula.

*Q*uadragenarij quoque ieiunij sermones Montilla habuit, seruore adeō calenti ac fructu, vt narrante mihi Domina Terefa Marchionissa torore, quingenti amplius totius vita antea peccata expirarunt. Addebat illud certō se id sc̄e quod ad se multi configiſſent, vt curaret sacerdotes qui aures ritē penitentibus darent: tantus erat hominū concursus, non tam iubilei causa quā impetu dicendi, quo v̄sus *Aula* ad animos audientium permouendos.

Cordubam hinc redijt & mox Zaphram anno eius seculi millesimo quingentesimo, ex & quadragesimo. Hic verba ad populum fecit fructu vītato ipsi animalium, nobiliumque eius vībis: qui etiā erant pietati maximē addicti, accipiebant tamen libenter animo quīsq; suo erudiendo doctrinam & vita ipsius exemplar. Comes etiam Petrus vita iam functus familiariter illo vtebatur tamq; de illo sensit magnificē, vt de eius prudētia ac doctrina dicere vt solitus esset, nihil ab *Aula* geri publicē quin omnibus esset numeris perfectum: quod ingenium mentemque haberet omni genere scientiarū refertam. Talem enim esse oportuit quem omnibus

caūsa quā zelo periculum animi evitandi in vita aulica, præcipue vero in talibus Republicē in uerbis.

Profecit & domina Comes Feriae sermonibus *Aula*, cui frēquenter aut es pœnitenti dabat docūta vīta, Confessiōnē, & *Aula*, Nupta igitur a Deo dīgebatur ad eam vīta pertectionem, vt iam monialis pīa videretur futura, si quid Comiti marito etenim let humanitas, qui imbecilio viuebat corpūculo adeō vt vxor in morbo ancilla curatrix potius quā vxoris munere sumēta sit. Hæc *Aula* in hac vībe diutius, quod nobilis si bi addictos ce neret, & confitarij ipsi dīcto audientes essent in iis que in usus essent curūfō, & ad amarū pertinerent salutē. Singulis itaque Dominicis diebus ac festis concionabatur. Curabat & hic catechismo pueros imbuī: idemque omnibus in locis cū poterat religiosū seruabat, & discipulis commendabat quiescēre eos ad prædicandum & confessiones excipias mitteret. Hoc ipso tempore quotidie Epistolā S. Ioannis canonica vna hora explorabat in templo monasterij S. Catarina, ad q; lectiōne S. Ioanni inter alios auditores Marchionissa aduolabat & explorabat: quā dominā libentis illas accipiebant lectiones quam festa, epulas, ludosque seculares.

Postea placuit his nobilibus ad Marchionatum Pliego redere: vbi Comes adeō gratitudo cepit agitare, vt ad extrema perductum sit. Nec defuit laboranti *Aula* vt amicus fidelis. In eo dolor qualislibet nullus maior perspectus, quod magna esset tantū viri iactu: ab singularem hominis virtutem cognitionemque rerum agendarum, vt mundo cū notum vniuerso, quem mater præ ceteris omnibus geranis intime diligebat.

Comitis itaque vxor quā tum febris assidue tenebatur, vidua fuit à vigesimoquarto etatis anno, certa propositi, cuius iam memini, vt S. Clara monialis Montillæ fieret, quod est optimū monasterium virginum. Hicque habitum sumpsit adeō libenter ac deuotē, vt induita ueste mihi diceret: Se hilariet uestem illam Franciscanorum induisse, mundum vt effugeret, essetque in sponsarū Chriti numero. Quam vt ita uestitam Marchionissa vidit, tristitia commota incredibili fuit, redibat enim ad mentem filij tam dilecti iactura, & vxoris eius adeō dilecti vita comitatio, vt lacrymas tenere non potuerit. Accurrit itaque mox ad *Aulam* rem vt infectā redideret: verum cū corporeis ille lacrymis nihil moueretur, mentemq; viduæ illius Comitis perspectā ūberet, salutans illam in proposito confirmat, & socrum Marchionissam qua potuit solatū.

Locus hic mantū mihi injicit vt de hac moniali Comitis pataca dicam, non tam ipsius causa, quā *P. Aula*, cuius hīc pertegeo historiā, quod hic prōpositum illius dominā vitamq; confirmārit. Seneca philosophus Lucilio scribens familiari amico quē ipse instruxerat, & excitarat ad virtutē & ad quem vnum omnes exitant epistolā eius, his virutur verbis: *Afferre te mibi, meum opus es*: significans amici virtutem sui esse opus, totumq; sibi vindicare. Quod doctrina sua adeō illum ad virtutis honorem promouisset. Vnde etiā stemmatis nobilitatē ac stupis propaginem matronae nobilis à maioribus accepit, spiritu laetū decus, quod diuinum est & naturā excedit, huic *Aula* magnam partē referre debebat acceptum. Conspicto enim hic cordis eius humum femini aptam verbi diuinī, boni est functus Agricola officio: qui n. est ēm virtutum ea copia collegit, q; vniuerso iā orbi innotuit. Quo siebat vt illa perpeccio spirituali suo fructu ac Spiritus S. Solatijs, *Aula* id omne trāsciberet, adeōq; ingēti affectu, vt longā illi à Deo in primis bono suo vitam precaretur: vt plurima

plurimæ testantur illius ad me epistolæ. Cognatos enim ut cognatos amabat, *Aula* verò parentis loco duxit illos moderato restriictoq; affectu complectebatur, in hunc verò vt Dei ministrum totum anum suum effundebat. Illis sanguine inctis vtebatur rarijs regiusq; quod cor occuparent, cū vni Deo illud seruaret, hunc verò obseruabat huius conuersatione ambiebat, quod in illo Deū adamaret. Hinc factum, cū Marchionis filia sua natus filius esset, cunctiq; de nouo herede à Deo dato gratularentur, ad me illa sic scriptis: *I dolor paruum natum est: ora itaque Deum, ne in meo cor de plus saepe occuperet loci.*

Quo exemplo Christianus cognoscet lector dignitatem spiritalis vita. Ad hoc intelligendu sciendum in viro iusto duplē vigore spiritū, naturale vnum, & alterū supernaturale. Illū parentibus accipimus; hic a Spiritu S. est: Ille filios nos hominū reddit, similesq; in naturali vita atque heredes bonorum; alter verò Spiritus Dei filios facit, similes eius vix puritate, & heredes glorię ipsius. Hinc apparet alter alteri quantū sit præstantior: quandoquid ille humānus hic diuinus existit. Quod cū ita sit, mirandū non est si quis doctrina, exemplo, precibisq; alicuius factus est spiritalis homo, magis adamare ac reuereri spiralem quā corporeum patrem, quod maius ab illo beneficio acceperit. Equam itaque est pietate ac grato animo vt respondeat magis.

De hac nobili matrona nihil dicam amplius: illud tantū quod ad *Aula* pertinet vitā. Quicquid enim de effectis dicitur, glorię causę efficientis accedit. Illud tame silencio prætereundū non est, Imperatrice Philippi Regis Sororem, cūm hic Loxæ esset, interrogasse me, an nobilem illam moniale nossem. Annui; & ego verò pridem noui. Epistola itaque mihi sua exarata manu illi reddendam obtulit, magnis rofarij affixum globulis. Iubes ad illam mitti, ea lege, vt illi viciſsim aliiquid remitteret. Feci vt iuferat, & monialis ad me perscripsit, redditum sibi rosarium; sed quod Augulta ab illa perebat, vt mihi videtur ei præparabat confusione. Excusare enim & nō obsequi tante Dominæ imperio dirum id ac graue fōret: verū sui aliquid pro reliquijs mittere quasi sancta esset, id demum mani obnoxium gloria. Verum enim verò cogitando anxia illud ingeniosè excogitauit, qua sui gloriam effugeret & in *Aula*, patrem spiralem deriuaret. Pro munere enim ab Augusta a se perito egregiam submisit concionem quā habuit *Aula*, dū velum sibi imponeret, tricesimus iam annis abierat. Sic prudentissima monialis honorem effugit vanamq; gloriā, & Augusta simili satisfecit. H. ne discere licet maiore in pretio virtutem esse, quā itemmatis nobilitatem: quandoquidem hæc fauorem Augulta honoremque adepta est.

Aliquot insignes mariona & illustres, Aula do-
ctrinò ad peccatum traducte.

DE locis hactenus quibus est *Aula* concionari solitus, pertraetavi, atque de vi doctrina: ipsius varijsq; hominibus diversi status, qui ad Dei se obsequium contulerunt. Dei enim verbū in eius ore erat, vt Apollotus nominat, gladius vtrīq; secans, qui corda validē feriret auditorū. Qui enim prudenter illam audiebant noua vti lingua, & ab alijs duerū preēdicabant. Etsi verò in locis quibus Ecclesiastē agebat, vocatos nonnullos generaliter diximus eius concionibus, plures tamen ex iis peculiarius vocatos addere stat sententia: vt sit veluti spiritalis quidam triumphus diuini verbi, quod non tā corpora quam animos hominum subegerit, vinculis quasi eximendo principis huius mundi.

De Domina Sancta.

Granat Opus spiritual.

Primum teneat locum Domina Sancta, filia legitima toparchæ Guadalecasar. Habebat hæc domicilium Astigi, parata vt Regine pedislegua feret ob singularem prudētiam certasq; seculi doctes ad id conferentes. Verum Christus eā ad maiora despondit, sibi nimirū spōla vt esset. Princeps causa exiit, quod *Aula* ante cōfiteri de peccatis velle, ingressa enim confessionis locum pallam byssinā ^{Sancta confessura ab} cōoluere cœpit: quo nomine eām ille reprehendit: ^{Aula ob ve-} quod cōfessura & peccata deploratura ita compa ^{suum luxus} accederet. Vt postea per iocum diceret: Quām male ^{Vita Austin.} reprobatur. Et cetera ^{conversio.}

pallam meam acceperisti. Confessio sane hæc admirabilis vifuit, vt cogitationes mudi quæ cordi altas iniecierat radices, à stirpe reueleret: vtq; ingens fuit ac subita commutatio, iure miraculi plena dici queat. S. Bernardus concionatus aliquando in Belgio, nobilem eius oræ virum Landulphi nomine cōuertit, vt seculo nunciū remitteret, & monasterio Claren-vallis as̄criberetur. Cumq; Bernardus habitum de more indueret, his seruū est verbis: non minus admirandum esse inter Dei opera Landulphi cōversationem, quā Lazarum à morte excitatum fuisse. Idē de hac Domina meritò dixerim; quæ se colligens paternas extra ædes vitam religiosè duxit, orationi vacans alsiduè, quām ieunia, cīliciū & flagella comitarentur: que instrumenta à funere eius reperta, cum se vt holocaustum victimamque quæ integrè exiruit, ad maiorem Dei gloriam obtulisset. Cumq; Deus certò gratiā infundere sit solitus pro capti animæ ac præparatione, vt hæc in virgine ista reperitur, sic & fuit fato, solatijs ac delitijs quibus eam visitare solebat. Prædicabat *Aula* sapientiæ virginis humilem modestiam obedientiam, & caritatem. Cui rei confirmare addebat multa vicissim Dei erga illam beneficia, arcana illi admiranda aperiendo, reuelando etiam mortis horam, quæque essent in morbo obuentura.

Silentio prætereundum, minimè duxi, quod mihi dum agrotaret domi parentis, accidit, vnde fortitudino ac excellētia illius in spiritu videri poscit. Dixit, illa, terculum sibi iniectum si forte caussa tam gratus morbi ipsa extitisset. Ego verò: caussam mihi illam narra, qua cognita an culpa quædam tua sit videam. Ad hæc illa, duplice ex causa natum sibi morbus videri. Vna fuit, quod cum anno eius seculi morbi sui tricesimo, & quod excurrit, imber calo non decidebat (quod iterabilitate exinde famem comminatur) animo ita afflita fuisset, pauperibus compatiendo, vt Deo vitam salutemque suam pro inopibus deuoueret: rogans suppplex morbum immitteret quem placitum esset, vt præsenti succurreret necessitatī. Hanc caussam esse suspicabatur agriitudinis grauissimæ cum qua conflictabatur. Altera caussa quam expofuit cognitu sanè digna ad gloriam gratia diuina fidei, Christianæque religionis quæ peccatum exhorret. Nimirū cum carnis illecebris validè à spiritu fornicationis tentaretur diabolica illa suggestio qua incendit in homine carbones passionis, videns fidem integratatemque virginem, quam sponsu obtulerat, violari posse, adeo est animo commota adulteris carnem spiritumque malignum, vt non contenta vulgari remedio crucis signi fronti ac pectori impressi, & oratione, violentā magis ratione adhibuerit. Meminerat S. Benedictū in simili pugna demonē viciisse, dū nudus spinis se inuoluit, corporis vulneribus animo medicinā adserendo. Recordebatur etiā S. Franciscū simili triumphale conflitu de humani generis hoste inuictato quodā modo: nempe nudū se noctu in alta hiereme nimbus inuoluit, massa vna maiore adhibita & paruis aliquot, dicens: hæc massula, Francise, liberi tui sunt. Major hæc vxor: amplectere itaq;. Sic hisce rigorib.

Liberum
qua ratione
dominavit.

carnis astum vir Sanctus extinguit, quem sinius
hominis concitarat. His igitur Heroicis factis virgo
animaduersis eodem ducta spiritu in ingentem fri-
gidam hydram, / qua in Hispania ad potum hauri-
endum vtruntur se coniecit, & frigore carnis concu-
pitcentiam à dæmone accensam restringit: puden-
tem illi incutens quod vietus abiret & victorię ma-
teriam præbuisset, qui se victorem fore non dubita-
bat. Disce hoc exemplo, mi lector, grandem spon-
at huius Christi spiritum: disce etiam quanto timore
perfecti ducantur Christiani ne Deum offendant,
quantumque peccatum horreant, qui ne quid com-
mittant, in eas se angustias coniungunt. Hæc etenim
citra contouersiam caussa eruditinis virginis Chri-
sti exitit. Nam inter symptomata erat quod multis
testa in lecto vestibus, calefieri non poterat, vsque
è frigus penetrarat, corpūque occuparat nullis vt
læsis integrumentis calefieret.

Aula ad
carni opuscula
scriptis super
Aula filia.

In huius Christi sponsa gratiam scriptis **Aula**
egregium illud opusculum & verè aureum super
scriptis super **Aula filia**, & vide, &c. qui est Psalmi 4.4. Davidis,
versiculus 12. (quadrat enim in statum virgineum)
quod opusculum illa tanta fecit, ut thesaurus ap-
pellaret suum. Illa verò vita functa libellum auxit,
torque ac tantis locupletauit sententijs, verè ut the-
sauros sit appellandus. Et de hac quidem virgine sa-
tis superque.

De domina Leonora de Ynestrosa.

TN hoc ipso Altigeni oppido vixit nobilis matro-
na ascela quoque **Aula**, vxor Telli Agulari, /
qui nobilis in illo oppido primogenitura lus ob-
tinuit. Dicta autem est Leonora Ynestrosa stirpe
nobili genita: quam stirpem cum altera nobiliore
commutauit: vt in suis ad me literis subscriberet in-
terdum, Leonora Lateris, quod esset formosissima
huius rosa studiosissima. Diverterebat in huius do-
mum **Aula**: impletumque illud Salvatoris pro-
mittentis: si in illa domo quæ vos recipit filius pacis
erit, quiesceret super illum pax vestra: hoc est, parti-
cipes erit meritorum vestrorum, ac gratia. De hac
duo memoranda referam. Primo expirante filia ipsius
vndecim aut duodecim annorum in meridie,
dixi, qui tum forte aderam, humo mandandum ve-
speri videri: ne morore materno conficeretur dum
nocte tota cadaver filiæ domi assureretur. Respon-
dit illa: Cur equidem Pater detrectem noctem vnā
sanctum corpus domi, quale huius puellæ, assurare?
Post etiam subiecit, eam se animo consolatione
suscepisse, quod filiola illa Dei a se pectu iam frueretur,
nullis ut verbis explicare posset. Addebat & illud,
moletum sibi esse in illo lustu à tot vilitari do-
minabus: quæ res solatij gustum fructumque decer-
perent, quibus tamen noctes diesque bonis frui optaret;
Sed quis hæc secularis intelligat? Intelligebat
sane Apostolus, qui Christianis auctor est, ne genti-
les imitentur, qui mortuos lugent, de alia desperantes
vita. At verò Christianus homo particeps spiri-
tus huius matronæ hilarescit spe firma future vite.

z. Thes. 4.

Alterum mihi eadem narravit, cum in partus es-
ser doloribus, absente forte **Aula**, qui tum open-
ferre posset, (vt gratum decebat hospitem) suis pre-
scriptionibus. Hoc se subsidio destitutum, videns, spi-
ritum suum Christo obtulit, humilitate profunda.
Deus itaque qui hospitiu[m] iura seruis suis impensa-
re cœte rependere nouit, in spiritu apparuit hospitis lo-
co: certoque confirmauit in summis doloribus par-
tus nullum tunc sensisse. Dominus enim singulari-
prouidentia & benevolentia erga hanc matronæ
animam dispensauit in illa de poena, / qua tenentur
omnes in partu feminæ: Erat hæc Domina meti-
culosa in primis conscientiæ, licet enim crebris sole-
ret usurpare sermonibus se a Deo amari, dubitabat

tamen de reciproco suo in illum amore. Quamob-
rem multas ad eam **Aula** literas, dedit ad timore
nimium excutienti, fiduciāq[ue] confirmandam. Qua-
quidem Epistola cum reliquis circumferuntur, sed
vna potissimum emergit in extrema primi tom[i]
Epistola ad pusillanimes animandos valens. Dice-
bat eadem prudenter, magna se reverentia habe-
re die quo communione reficeretur p[re]cordijs suis
Eucharistiam suscipere quod in illis tantam hospi-
tio exciperet maiestatem.

Tantis cùm prædicta virtutibus esset, noluit ta-
men Deus eam vita decidere sine magna patientia
corona. Quinto enim ante mortem anno ubera can-
cer occupauit, qui morbus serpebat indies maligno
quodam humore carnem exedente ad ipsa vique
pectoris ossa, & donec ad cor ipsum penetrans eam
vita expulit. Cur autem Deus suos interdum ita
vifiter, eò sit, ut patientia laureolam imponat cum vir-
tus in eis homini & gratia qua ferendis sit per oneri.

De alia Domina.

A Stigi abeo & Cordubam tendo, vbi **Aula** in-
ter alia supra à nobis commemorata illud
tam præclare gesit, quā aliud quidquam
nostro seculo. Concionando enim verba fecit in hi-
scē mulierculas quæ inopia adactæ in peccato deg-
bant, v[er]sū filiorum Propheticorum vocibus ad Eli-
xium: *Mors in olla, v[er]r[et] Dei, mors in olla.* Sic ipse Reg. 4.
intenta clamabat voce, ò miliea paupercula, mors
est in olla, mors est in hac olla, quæ te alit. Toxi-
cum est quod edis, mortem adserens non tempora-
neam, sed aeternam. His verbis ac similibus quæ cor
acumine ferebant commota matrona nobilis quæ cor
inopia rei familiaris eō miseria perduxerat, vt amori-
ris illecebris irreita aliquot annis cum aliquo, iam
tres ab illo accepisset liberos. Verum Deus (cuius
misericordia non est numerus) cor feminæ pene-
trans, i& tu adeo ingenti perculit, vt ex animo de-
creverit miserum vitæ statum permuteat: sed inopia
viam cludebat, & homo potens erat qui eam
usurpatione annorum iam aliquot constrictam re-
nebat. Re cognita **Aula**, & propositi eius certus,
Deo fretus animam statuit peccati luto eximere.
Opus hic multa erat industria atque animi constan-
tia, multisque opus impensis, quod grauem haberet
aduersariam; rugiebat enim instar Leonis catulis
priuati, & mortem communabatur, & id genus alia.
Aula nihilominus propositum tenuit, mulier do-
mum deferrit, & S. Marthæ monasterium accepit; indeque **Aula** Montillam deduci iusit secura ut
esset, auctoritate & protectione Marchionis Ple-
go. Cumq[ue] metus esset ne amans (qui in omnem ex-
cubabat euentum) armata vi in via irrumperet, du-
cis functus est officio **Aula** & equites aliquot ad-
didit cum liatore iustitiae, vt Corduba educeretur
Montillam usque. Cumq[ue] ne tuò quidem ibi esset
posset, Granatam iubet deduci, vbi **Aula** doctrina,
vestigis ipsius insistens eam perfectionem est adap-
ta ut ipsius suau[er]e (etsi parcus alias esset hanc in re)
quotidie communicaret magno animæ emolumen-
to. Verè itaque dixerimus, *Vbi abundauit delictum, Rom. 5, 20.*
abundauit & gratia. Duxit hanc constanter vitam
triginta ipsos annos, sancte eam terminans: Interea
vero **Aula** nihil dum vixit illi deesse est paulus, quod
inchoauerat, constanter ac fideliter ad exitu perdi-
cens, nunquam de serens illam quæ se ipsi cōmiserat,
valere iussis omnibus delitijs, quodq[ue] est, amplius
filiarum amore, & filioli quem tenere adamabat.

Efti verò initio hoc in negotio grauia multa, vt
sit, incidenter, pericula multæ difficultatis & Zelo-
typia, detractiones ac secularium iudicia, sumptus
que Varij qui h[ab]it necessarij faciendi erant: **Aula**
tamē fiducia in Deū plenus, neq[ue] sumptus defugit,
negus

Deus ipsius
puerorum
specie Aula
apparet.

neque infamiam metuit aut pericula, labores siue sed clavis ad temeraria mundi iudicia oculis, quos in solum Deum coniecerat, negotium siue gessit generose, ut animam miseram vinculis demonum surriperet, pro qua Christus sanguinem, si denudo opus foret, profundere paratus esset. Negotij vero euentus, matrona Sanctitas atque constantia noua Magdalene Dei hic digitum fuisse abunde declararunt.

Ac ne recusabit quidem amicus noster ac dominus Antonius Corduba filius Christianissima Marichionis Pliego referri a me in hunc triumphi numerum, tametsi & alii in laboris venerint partem. Salmantica enim dum studet, & familiariter vteretur Societatis IESV Patribus, cœpit Deus lumen aperire, ut mundi vanitatem fraudesque iam tum cognosceret. Colligere etiam se incipiebat & orationi vacare, atque penitentia exercitijs. Cognovit hoc mater e domesticis famulis, qui ob singularem prudentiam virtutemque eum obserabant. Mihi adhuc ipsa dixit famulis se per epistolam respondisse: Sinite eum; haec enim via est quæ ad maiorem contendat perfectionem. Hoc enim mihi Pater Lodouice, confirmo nihil in mundo æquè placere quam virtutem in eo cui bene cupias, cernere. Cernebat nimurum hac Heroina virtutem ijs oculis, quibus Platonem cerneret solere ferunt. Eit enim illa profectio pulcherrima seculi omnino res, ideoque commemoranda hac verba protulit. His ipsis temporibus ad eam forte hinc nobilis Antonius Patri Francisco (qui peculum erat virtutis, sanctimoniam, contemptus mundi) aitq; velle se examinare lucem, quam a Deo accepisset. Aula itaque rem preparatam à Domino animaduertens suast, ut Societas IESV fidalibus se adiungenter, ad quos cum iam Deus vocare coepisset. Neque ad suadendum multis fuit opus ut iam erat preparatus itaque è sacrificio se proripiuit omnibus quæ in eo sperare posset, valere iussis, homo tantæ nobilitatis ac virtutis, ut humilitate Christum ac paupertate sequeretur: idque cum iam Iulius II. Pont. Max. galerum illi purpureum decreuerit dare. Utque ingressus in Societatem tanti à Deo dotatus esset beneficis ita & commoratio, & perseverantia ad mortem usque. Cum virtutibus autem alijs, tum orationi imprimis deditus erat, eamque commendabat. Hanc itaque in Sermone publicè commendans, mirari se aiebat homines in vita adeo laboriosa, tentationibusque obnoxia, sine huius subdicio viuere posse. Et per singulos currens hominum status ita aiebat: Muliercula, ut sine prectione viuere potes? Rustice, ut non orando viuere potes? eaq; verba sic repetendo ad cuiusque fortis homines se conuerrebant. Et verò iure optimo admirabatur, quando aliud suppeditit remedium nullum, post illam iniuriam ad quā nos redegerunt parentes nostri: nisi vt per orationem misericordia redemptoris imploremus. Non omittam hoc loco rem commemorandam quæ minuta quidē videri possit tot inter virtutes, digna tamen cognitu est ijs qui horas recitat Canonicas tenentur. Iusserit itaq; semel matutinas horas vna legeremus, & genibus adiulutus hoc adiecit: Inquit quidam ad recitandum Canonicas horas alios, quasi ad officium exigui fructus, his ferè verbis: Agedum recitemus Dominicam orationem ad Primam, Tertiam, &c. Dicebat verò ille videri sibi Horam nullam aufpiciamam sine interiore animi preparatione. Hoc itaque agamus. Sic vterq; genibus adiuluti aliquid animu collegimus: deinde lentè recitare ceperimus ac p̄. Atq; vñā eodem spiritu ac præparatione Clerici omnes atq; Ecclesiastici diuinum recitarent officium. Sic enim patatis animis accederent: alioqui exiguis est fructus, Granat. Opus. spiritual.

qui hinc capit, quia parva est aut nulla præparatio qua ad recitandum officium acceditur.

Vtque de Societate loqui cœpimus adnumerandus his videtur Didacus Guzmanus carne quidem filius Comitis Bailei; spiritu vero P. Avila, adeo illi addictus, gratusq; pro beneficio vocationis, ut eius precibus adductus hanc ergo historiā scribere ingressus sim, subdidiū promittentis sacrificiorū ac orationi. Cōfido itaq; in Domino preces eius, quod mihi desit suppleuisse. Nihil itaq; amplius de illo referam q; qua oculis hisce videtur nimurum antequam Societatem iniret, illū adiunxit se Patri cuidā singulari virtute prædicto atq; eruditio & ambulabanc simul diversè sine famulis ad animarū quæstū p̄ virili faciendū partiti inter se officia. Alter enim Theologus cū esset, ingenti spiritu ac seruore concionabatur: hic verò Catechismū pueros docebat iuuans vita exemplo atq; consilio vniuersos. His exercitari Euágelicis muneribus vterq; Societati IESV est adscriptus. Alter post multos in vinea Dei, labores in genti animorū fructu, denariū iam diurnum accepit, hoc est, p̄mī, q; ei vinea dominus stipulando p̄ misericordia velut vni ex ijs qui cōperunt ad primā laborare, portaruntq; astū diei ac pondus. Alter vero etiamnu viuit cū hæc scribo: atq; ut accepi in eodem pueros catechizandi munere etiamnu perseverat.

Pater itē Joannes Ramirez, in illis numerandus est *Ioannes Ra-*
qui ad primā horā vocati in Domini vinea laborant. *mirez, Aula*
Cœpit enim à prima & ate Christo seruire duce *confiso Soc-*
etatis trā-
nila: cuius etiā consilio Societari est aggregatus, cum
extra illā iam annos plurimos Cōcionatoris munus
obiuissit, in qua Societate & munere ad morte vñq;
vixit, concionatus annos plusquam quadraginta in
Hispania varijs in vibibis ac prouincijs, summo
fructu animorū q; solatio: & qualis vita, talis & mors

fuit. Morti enim summa ægritudine vicinus in hebdomade maiori sine sancta, cum feria quarta viatici loco Eucharistia illi adseretur adeo eius aspectu recreatus est, ut verbis hisce ipsi valde propriis vñs sit: O dilecte, o dilecte, fieri ne potest, fieri ne potest, ut ego moriar eo quo tu pro me mortuus es deus? Ita loquebatur ac Dominū id rogabat q; & concessit ille. Vita eū hac mortali eripiens singulari beneficio eadem qua Salvator hora in cruce expiravit. Teltantur id omnes quotquot præsentes aderant. Funus itaque frequenti comitatu elatum, adeoque gloriosum fuit quamplius hora discilius.

Clandam vocatorū per *Aula* numerū in *Ioanne* *Deo: vulgo de Dies: de quo multa dicenda suppeteret*
nisi extaret vita bene p̄eq; cōscripta. Lusitanus hic
fuit Monte maiore novo vico natus. Ouium paltor
annos aliquot: Mox miles, denique baiulus. Grana-
tam ubi accessit audita *Anile* concione festo S. Se- *Ioannes Ba-*
bastiani die, sic Deus cor eius pupigit & amore di- *conciona A-*
tino vulnerauit, ut ea faceret, quæ amentis elle ho- *ule conve-*
minis interpretarentur plerique: attamen credo a- *titur.*
mens non erat, vt iam dicā. Sciendū enim duplaci-
esse contritionē seu de peccatis dolorē. Vulgaris vna,
& altera extra ordinē: qualis Magdalena fuit, quæ *Luc. 8.*
in meridie prandente Christo cum discipulis, alijsq;
coniuitoribus, ingressa, nihil respiciens ad varia
spectacu digna, vi doloris lumina sibi claudente. Le-
gitur & in vita S. Vincentij Ferrerij nostri ordinis,
quod cum concionatore ingenii spiritu quo docta-
tus à Deo extitit, auditores quidam vi verborum e-
ius, coram omni populo exclararint, peccata pu-
blice confitendo. Ioannes quoq; Climacus scalarum
capite quinto de penitentia agens, admiranda san-
ctus anchorū illius autem de penitentia commemorat.
Quare his in *Ioanne* Deo admirandis cōmoueri desi-
no, præfertim quod vita sanctitas atq; innocentia sit
subsecuta; quam testificata etiam est admirabilis

Bbbb 3. solen-

Antonius
Corduba sua-
tu Aula So-
cietatem in
greditur.

Orationi cu-
bris dedi-
tua.

Mores Cano-
nicae qual-
ter dicendas
confuerit.

s. Cor. 1,27. solemnitas cum totius urbis Granatenis accusata, accessuque omnium ordinum Religiosorum funeris eius est parentatum. Utq; conuersio huius principium P. Anile doctrina dedit, sic & progressum vite eiusdem: qua in read litteram impletum illud Apostoli est, elegit Deum infirmamundus huius, ut fortia quaque confundat: Id vt in hoc Ioanne Dei luce clarus appareret, voluit Deus vt ex opione, & baulo ac milite, nouæ Autor fieret religionis ad iuuandos infirmos, ac pauperes: qui ordo indies toto orbe terrarum diffunditur, approbatus iam Apostolica Sedis auctoritate.

QUIBUS MEDIIIS FRUCTUM
Iucrandi animas, de quibus huius
est alium, si conjecturus.

CAP V. T. V.

Hoc fructu adeò memorabili, aut, vt verius loquar, triumpho tam gloriose iam perspecto ex doctrina Euangelici huius concionatoris, narrationis postulata series ut quibusnam rebus haec sit parta victoria ostendamus: vt qui ad eundem modum de humani generis hoste, ac de peccatis, que in mundum invexit triumphare student, viam iis commonstremus. Quod ergo ex parte exemplis virtutum Aula iam est præstitum, addemus tamen ad superiora non contemnenda alia.

Inter auxilia vero quibus est vsus princeps precatio est: Rogabat itaque intimis praecordijs Deum, vim verbis adderet: memor Perirete tota laborantis nocte humanis viribus, nihil precium cepisse; adiutante vero Deo implas fuisse pescibus nauticulas duas. Nouerat hic Dei famulus idem vsuuenire inter concionandum in spirituali capture animarum. Ad Deum itaque orando se recipiebat, his ferè vltus vocibus: *In nomine tuo laxabo rete.* Hoc potissimum adiutorio vltus ad hoc obvium munus est, vt surpare illud solitus quos concionando lucrificaret, lacrymarum esse potius fecerit, quam Sermonum.

Alterum ipsum vltatum dirigere omnes sententias rationesque concionum, ut animas laporum & peccatis immortuorum euocaret ac velut è luto extraheret: dehinc vt qui lapsi non essent, eos doctrina sua confirmaret. Illud tamen potissimum agebat, ut animas lucrificaret, vtque pescator id labore suo intendit, ne domum vacuus redeat: nam vt poëta Gracius canit:

Turpe est permanesse diu vacuum, redisse.

Sic & Aula sermonibus suis hoc agebat, queque huc non pertinenter, in frugifera ducebat. Loquebatur igitur perpetuo ad cor, minime digrediens ad subtilia vel curiosa & superuacanea.

Præterea tametsi concio eius bene digesta esset ac veluti aries disposita, vt doctum & ingeniosum decebat, per viam tamen ipse recta tendens sententias. ex dictis hinc & inde eliciebat in diuersum finem aut ad tentatorum ac tristitium solatium, aut ad confessionem superborum pro varietate diuersorum statuum. Multa itaque loca iter faciens obibat. Cum federem igitur ego aliquando & auscultarem quandam eius concionem iuxta Licentiarum Vargas, (qui post Legatus ad Venetos est missus) animaduertens, ille quod iam dixi, retulit præclarè, concionem eius esse instar sagena couertentis: propterè quod omni hominum generi consuleret. Unde & ego eam comparabam solopis ferreis, quibus hodie hominum virtutum improbitas, imponendo globulos varios, vt plures lardant: at hunc Dei seruum contra ad quæstum animarum hac arte esse ipsum aiebam.

Cumque Doctorum trita sit sententia, moralem

disciplinam, in genere minus prodesse, venientem itaque ad singularia, cum virtutum, ut exerceantur, tum virtutum, ut vicentur; idcirco Ecclesiastes ille adhac singularia progrediebatur. Huic rei declaratio de S. Leonis Papæ exemplum apponam qui rem vtramque his verbis attingit. Delicet inquit, nostræ sint, dilectissimi, opera pietatis, & illis cibis qui nos ad exercitatem nutritum, impleamus. Legemur semper, defensionis pauperum, quos impendia nostra sauvierint. Iucundem in vestitu eorū, quoru nuditatē indumentis necessarij texerimus. Sentiant humanitatem nostram egritudines decumbentium, inclemittates debilium, labores exulum, defitio pupillorum, & desolatarum lamenta viduarum: in quibus iuuans nemo est qui non aliquam possit exequi benet letia portionem. Nulli enim parvus estensus, cui magnus est animus: nec de rei familiaris modo mensura miserationis pender aut petaris. Numquam merito caret, etiam in tenui facultate bonæ voluntatis opulentia. Maiora quidem impendia sunt diuturna, & munda mediocrum: sed non disperat fructus operum, vbi id est affectus operantur. In ista autem exercendarum opportunitate virtutum sive & alias insignia opera coronarum, quæ nullo horreorum dispensio, nulla diminutione pecunia captantur: si pellatur lascivia, frabdicetur ebrietas, & carnalis concupiscentia calitatis legibus edometur: si dia transeat in dilectionem, si inimicitiae conuertantur in pacem, si tranquillitas extinguitur iram, si mansuetudo remittat iniuriam: si denique dominorum atque sententiam ordinari sint mores, ut & illorum potestas minor, & istorum sit disciplina deuotior. Haec tenet S. Leonis verba, quibus supra scriptum documentum licet cognoscere, scilicet ad singularia descendendum esse concionatori, quo eius sit virilior doctrina praedicandi.

Erat & hoc dos ipsius Aulae, non contentum esse corda commovere atque impellere ad timorem & amorem Dei, & a peccato auersionem, sed & suppeditabat consilia ac veluti potionis spiritales aduersus omnia vitia. Potissimum vero contra mortale peccatum, quod cetera complectitur. Contra atque concionatores aliqui faciunt, qui contenti corda mouisse, consilia non suppeditat, nec remedia singularia prout motus exigunt. Quales Plutarchus recte sic depingit, dicens, eos qui horrantur ad virtutem, media tamen consequenda ipsius non tradunt, similes videri quis lucernâ accedunt, neque oleum affundunt quo a deo. Contra iis faciunt concionatores qui student verè prodesse auditoribus, & quasi manuducunt eos qui vitam in melius commutare volunt. Talis hic noster Aula fuit qui omni ope spiritus nitebatur, peccatis eripere auditores, & intruere, vt tirum magister, qui in semitam virtutis suos deducit.

Vtque ostendam quo remediorum aduersus peccata sit genere vltus, digrediar nonnulli ab historiæ narratione ut à stirpe rem declarem: sciendum itaque peccata non nasci quod bonum malumque Christiani ignorantia (præterquam quod lumine naturali hominem illustravit Deus) fides id nos docet nostræ & lex quam proficemur; sed ex appetitu nostro corruptio sensuum oritur peccatum, qui appetitus fugit seruare Legis præcepta. At enim Apostolus, *Lex spiritualis est: ego animo carnalis, carnem appetens, quæ spiritum Dei repugnat.* Homo itaque carnalis est instar agroti cui comedendi appetitus perire. Scit enim si vivere vult, comedendum esse, tamen ut comedat adduci non potest. Sic homo iste, qua parte fidem habet, nouit salutem suam possum in præceptorum Dei custodia: verum inordinatus appetitus

ratione
gratiam lu-
craudi ani-
mas Aula
impetravit.

Homer.

Tessimoniū
Vierge &
Granatenſi,
de conciono-
biu Aula.

Peccatum
non sicut
ignorantia.

Rom. 7,14

appetitus carnis cibum horret, itaque moritur in peccato perdurans.

Hec agitudo è corruptione peccati originalis oritur in quo concepti sumus omnes. Venenum enim quod serpens ille antiquus sibilo inspiravit suo, primis humani generis parentibus, in filios quoque deriuat. Hoc adeò cor nostrum turbat atque adeò peruerit, ut quicquid proposit horreat, & appetat noxia; vt & ægris vniuenit quibus prostratum est palatum.

Quid remedij, inquires? Dicam; Aduersus toxicaviperarum ac serpentum vntunt homines medicare, theriaca, que componitur è varijs multis remedio huic aptis. Ad eundem modum doctrina Christiana religionis, (qua perfectissima est, vt ab ipso docta DEO) sciendo malum nostri, principium à suggestione antiqui serpentis ori, incircuit verò nobis optima theriaca aduersus eam, mista quoque è varijs veneno pellendo aptis. Hoc est, ad resistendum corruptioni appetitus nostri, & sic nos præseruat à morte peccati. Rogas fortasse quæ sunt ista remedia? Respondeo, fugere nimis peccandi occasiones: examinare quotidie conscientiam: ieiunare, silentium seruare, secum versari, sensus custodire, principiè verò oculos, lingua, & cor ipsum: refistere promptè primo impetu & illapsu prauriarum cogitationum. Potissimum verò remedium est Sacramentum confessionis & Eucharistie: itemque precatio, lec̄cio sacrarum literarum, meditationis mortis atque iudicii ultimi post mortem: mysterium quoque Passionis Domini, quod aduersus peccata plurimum valet, quando mortem Dei filius obiit ut ē mundo peccatum pelleret.

De postrémis hisce sex remedij agit Ecclesiastes noster diuinus in commentario aureo super illud Davidis, *Audi filia, & vide*. Quibus etiam ipse est vñus stis in sermonibus ad populum tanquam medicamentis validis aduersus peccata & ad excitandos animos nostros ad virtutem & sanctimoniam.

Quare vt in viam paulum digressus redeam, ex dictis mislio fit spiritalis theri, acorum, de quibus iam diximus: & reparatur damnum quod antiquus ille serpens hostis humani generis in omnes Ad filios deriuat. His etiam medicamentis ac partibus eorum sanctissimi viri semper vñi sunt: adhibentes ea remedij loco contra venena, & ita se curarunt, vt non solum lethali peccati essent expertes, verum etiam venialium multorum. Adhuc non solum non sentiebant aduersam voluntatem in obseruatione legis diuinæ, quin potius iunctitudinem summam capiebant, vt cum Propheta iure possent dicere: *In via testimoniorum tuorum electatus sum sicut in omnibus diuitiis.*

Verum cum non sit omnium his vti remedij que protulimus, vtatur quisque quibus poterit. Quanto enim sumperit amplius, eo fñabitur melius: magisque liber a peccatis evadet, ac virtutibus contra opulentior.

Hæc sola medicina in Christiana reperitur religione, qua docet exercetque remedia aduersus humana naturæ corruptelam, & contra tyrannidem vitiumque peccati. Quæ tota ferè res priscis ignota fuit Philosophis mundique sapientibus; ideoque et si de virtutibus acutè disputatione, & hic se magistris iactant, verum tamen nec virtute ipsi prædicti erant, neque tales discipulos produixerunt: virtutisque nihil præferebant nisi promissam barbam, habitumque diuersum, quo mundum decepterunt. Etsi enim virtutis naturam callerent, hac tamen de- erat medicina, qua sine caro spiritum vincit, & rationem animi superant perturbationes.

Hæc breuiter commemorare visum, vt quibus

potissimum medijs *Avila* ad animorum lucrum viti soleret, ostenderem. Ut verò ceteros ipsius modos hoc fine adhibitos explicem, nullis verbis consequi potero. Innumerabiles enim erant, vt hominis à Deo docti, quiq; assidue hæc animo agitando extra se ferri videretur. Ut enim insignis dux belli obessa arce munitissima, praefidijsque plena continuò meditatur qua potissimum eam ingrediatur via: ita hic vir Dei cogitando semper occupabatur, qua ratione cor hominis expugnaret, qua arx est in mundo expugnat difficillima: præservit defendente eam forti armato qui in Euangelio legitur, quia quæ tenet, caute posidet. Portum iam videre videor, & diei vesperam, quando voluit Deus seruum hunc suum ab exilio reuocare, meritamque eidem coronam pro tot tantisque animabus lucro appositis largiri: quod ad libi seruendum direxerat ac protot laboribus morbisque adeò diurnis annorum aliquor, de quibus libro secundo egimus. At noluit remunerator idem laborum mortem eius nouo carere merito ex doloribus quos id temporis perpessus est. Anno enim Christi millesimo quingentelimo sexagesimo nono, mense Martio ingenti laterum ac renum dolore, afflictus fuit inde Maij mensis principio felto Apparitionis Michaelis Archangeli, quæ eximie colebat, dolor eum invadit in humeris ac ceruice sinistra: visusque est hic tum Patri qui curā eius gerebat periculosis esse morbus, & à superioribus malis longè diuersus. Querit itaque ab *Avila*: Sentisne à Deo, nunc te vocari? Negauit ille. Postridie eius diei accessit medicus, sentisque mortui vicinum, idq; cōmemoratim Patri nunciauit addens, vt si quid susppereret, testamentum conderet. Respondit ipse, non esse de quibus disponeret, vt enim inops semper vixit, ita & obiit. Et lecto appropinquans medicus, Domine, inquit, *Avila*, tempus est, quo verum amici dicant: En morieris, fac quod abundi necessarium. Sublatis itaque ipse in celū manibus orabat: *R. cordare, Virgo Mater, dñe steteis in conspectu Dei, vt loquaris pro nobis bona.* Subiecit itatim: Confiteri liber de peccatis: addens & illud: Vtinam maius susppereret tempus comparandi me adabitum. Aderat fortè Marchionilla, censebatque sacris operari debere sacerdotem qui ægroti *Avila* curam gerebat. Hic eum interrogat quale fieri sacrificium pro se veller, an Sanctissima Eucharistia, aut B. Virginis, quia his addictus porissimum vixisset. Respondit ille: In Christi resurgentis honorem celebrandum Missa sacram, vt qui iam Resurrectione carnis solari se inciperet. Faces itaq; adferri domina iubet, quibus alludentibus viaticum illi porrigeretur. His allatis iterabat illud: Date mihi Christi corpus. Erat octava aut nona antemeridiana hora cum dolor qui pridie coperat, adrenes penetravit lateris sinistri, pectusque mox occupauit, postea cor inuasit. Sumpta Communione dimidia post hora, extrema poscit vñctionem: cumque maturum adhuc esse, expectandumque dicerent, adferri statim inber. Cupiebat enim attente audire ac videre quæ in Sacramento illo dicerentur, agerenturque: Itaq; factum est. Iam aderat meridies augelcebaturq; dolor ac pectus aggrediebatur: nā ne breui quidem spatio solebat eum Deus carere aliquo merito, qui eternum esset capturus præmitum. Petijt tunc eadem domina Marchionilla, num quid fieri sua velle causæ? Respondit Missa sacrificia ò Domina Missa sacrificia. Accedit & Collegij Societatis Iesu Rector: multum ait, solatij iam senties mi Pater à D.N.IESV CHRI-
STO. Ad hæc ille: Imò timoris respondit multum pro peccatis meis. Et hæc quidem verba singula multum considerationis continentia, nefas sit obiter transisse. Ultima enim hæc expetitio citra con-

*Morbis Ani-
la & eius ex-
tremis.*

Ter. 18, 20.

trouersiam, magni debet esse momenti ac ponderis; quandoquidem vir tantus, adeoque ad mortem paratus (quotidie enim confiteri, & communicare solitus) pronuntiet te temporis spatium maius dari exoptare ad se preparandū: magnumq; iudicium illud sit necess: est illius horū in mortis articulo, quod Dei seruus tribunal illius formidet, & Misericordia postulet sacrificia, quibus purgatoriū peccata subleuentur. Et si enim quedam ignibus purganda fuissent (quod de tot tantisque virtutibus, & vita tam innocentia acta incredibile videatur) nonne satisfacere poterant septendecim anni quibus cum morbis, ut diximus, est conflictatus? præfertim cūm vñus dies quo libenter tolerantur labores in hac vita, amplius valeat pœnīs purgantis ignis, qui necessitatibus magis est quam voluntatis. Et verò, sī nos terrent tanti viri in morte metus, terreat & aliorum Sanctorum formidines, quibus ad extremā horā rationes trepidabant. Magnus ille Arsenius, in seculo quidem grandis, grandior verò inter eremī incolas, cūm in mortis articulo præ se ferret, magni pavorem, & admirabundi dicerent discipuli: Pater etiam tu nunc times? Respondit vīr sanctus: Filioli non est in me recons hic pavor, quem quoad vixi temper prætuli. Idem interrogarunt in eadem hora mortis Sanctum Agathonem in monachum discipulū eius. Quibus respondit: Timere se quod sciret, Dei iudicium altam esse abyssum, & à nostro iudicio valde discrepare. B. Hilarius sanctimonix speculum, cognito animam discessum ē vita trepidare, confirmando dixit: Egregie anima: quid times egredi? Septuaginta annis Christo seruūisti & mortem times? Quid verò dicā de patientia exemplo, & innocentissimo Iob? cūi par nemo in terris aut secundus: Quantum tribunal iudiciumque extrellum formidat, cūm ait: *Quid faciam cūm surrexerit ad iudicandum Deus, & cūm quasierit, quid respondebo illi?*

His sacris exemplis cognoscet homo Christianus metum *Aula* in mortis agonia non esse imperfecti animi argumentum, sed potius prudentis ac perfeci. Hinc ait Ecclesiasticus: *Serua timorem Dni, & in illo vetera se: hoc est, etiā verus es in Dei domo famulus, timeas nihilominus.* Et Salomon ait: *Beatus homo qui semper est paup. Iustus quidem erat B. Simeon, tamen in laetitate & iustitia timidus: nam virat glōssa, quanto plus erat quod amitteret, eo metuebat magis.* Verum in nostro Dei seruo ad ea qua diximus alia erat metuendi causa, altissima nimurum humilitas & modestia, in qua radices pridē egerat profundas. Quia virtus quantum displicere quemque sibi facit, tanto timere cogit magis, dum se ipse contemplatur, insursumtatis sua conscius atque erratorum. Sacro hoc metu vita abit *Aula*, relatio nobis clarissimo timoris exemplo, causaque ut eodem ipso timore & vivamus & moriamur.

Interrogatus *Aula* à domina Marchionissa vbinam sepeliri vellet: ipsa enim & soror Anna, qui bus ille aures ritè confitentibus dare solebat, ut supra commemorari, ad S. Clara conditi optabant: respondit ille: minimè, sed in Collegio Patrum Societatis Iesu: quos vt dum vixerat adamauerat, ita corporis sui pignus apud eos deponi volebat. Vespere iam erat & pectus dolor inuadebat. Itaque discipulorum vñus Christi de cruce pendens imaginē quam manu tenebat *Aula* tradidit, qui & eam suscepit ut rāque manu, Christi pedes exosculatus, vulnusque lateris pretiosum, summa pietate in amplexus ruebat. Dedit & granum indulgentiarum quod penes se habebat, ut nomen IESVS pronunciaret, quod ille repetebat identidem cum Virginis Matris nomine. Nox iam erat ut geberatque dolor, & Christo dicebat: *Bene iam est, Domine, bene est.* Doloro-

ad undecimam vñq; conflictatus vel duodecimam noctis, repetebat frequenter voce licet exili; IESVS, MARIA. Sacerdotum vñus in dextera illius crucifixum, alter vero in lira ce: reum lumen tenebat. Hoc quidem tuto tempore vultus nihil in diuersum mutatus ac ne oculi quidem, ut infirmis soleat accidere: immo vultus serenitatem quam valens tenuit & moriens, & vix quarta hora parte loqua caruit. Hac pace ac quiete spiritum Deo redidit: *Abi in quietem* *in regno calorum.* Huic enim muneri gloria debetur & corona his qui in saluandis animis se occuparunt, ut ait Daniel Propheta: *Qui iusti fuerint fulgebunt quasi stellæ firmamentis: & qui ad iustitiam e- rudient multos: quasi stella in perpetuas aternitates.* Idemque natalis huius *Aula* dies quasi prædictus. Natus enim Epiphania festo, cūm stella sanctos Reges ad Christi duxit præsepe: prædicens nobis infantem illo die natum stellam lucidam fore in Dei Ecclesia, qui multis ducet animas ad Conditoris obsequium, ut ex supradictis abunde cognoscimus. Ut que eo die natus est qui nobis munus exhibet cui à Deo destinatus erat; sic & obiit die S. Iob (vt in martyrologio est Rom: no:) significans non acceptum modo Doctoris coronam, sed & patientie quam habuit firmam septendecim annos quibus cum moribis conflictatum diximus.

Ecclesiastes hic Paulo Apostolo deditus in primis fuit, & concionando eum imitari studuit: item pertinere & erga proximum caritatem. eius Epistola memoria tenebat. Mirum quam multa ex eo & hauserit & docuerit. Amabat illum tenerè ac reuerberabatur: adeoque epistolis sacris quas *Aula* euulgariter permisit, Apostolum mirum in modum exprefsit. Videas sane quoties locum Pauli per viam explanat ingenti spiritu admiranda que doctrina id eum peragere, ut aliquot ex omnibus eius concionibus ac scriptis.

Reperiet Christianus Lector in hacā nobis conscripta vita multa quæ merito admittantur admirationē concident: tum verò maximè ardente spiritum ac sicut inexplabile saluandarum animarum: quam sitim tot rationibus inuentisque curauit concionando, epistolas scribendo, studia promovendo ac collegia excitando, in propibus alendis, & quavis die hora consilia pertinentibus aures præbendo. Verum quod in his admiror magis, & quod in ea mole continuarū occupationum cum proximis exterioris hominis serenitatem moderationemque solitam, numquam amiserit; aut interioris compositionem operationemque. Huins rei causam interpretor vitæ divisionem: Interdiu enim ad Christi imitationē proximis vacabat, nocte verò Deo. Preterea ita cum proximis agebat ut unione spiritus cum Deo non amitteret. Studens assidue (vt Iohannes suader Climacus) interiorē anima quietem conservare in affluentia ac diuersitate negotiorum corporis prestantium; quod est perfectorum munus.

Etsi verò virtutes ac vita ipsius narratæ miraculorum sint instar, quod sint à ceteris longè hominibus diuersæ, narrant tamen eius discipuli miracula quædam ipsius quæ scribere non audiebant, quod à legitimo Iudice nondum sint comprobata. Obiit decimmo Maij anno millesimo quingentesimo sexagesimo nono. Morte ipsius magnum relictum delidebat, cum Marchionissa, quæ parentis eum ducere

*Exempla
fan̄dōrum in
agonia mer-
tem misera-
stum.*

Iob. 31. 14.

Ecccl. 2. 6.

Prou. 28. 14.

*Causa metus
Aula.*

In templo
Patrum Sa-
cristatis sepe-
luntur.
bat loco, & sotori Annæ religiosa, omnię ad eadē
clero in templis ac religiosis familijs SS. Augustini
& Francisci Patribusque Societatis IESV ad quo-
rum templum defuncti corpus delatum est, vt tu-
mulo mandaretur, vbi in Sacello maiori ad cornu

Euangelij conditum iacet, in pariete autem arcus
excisus est ad imponendam arcam, in qua corpus,
reconditum est, quadrumque etiam elaboratum,
in quo hæc descripta sunt.

¶ (o) ¶

Epitaphium
Avila.

D. O. M.

MAG. IOANNI AVILÆ
P A T R I O P T I M O
VIRO IN T E G E R R I M O
DE I Q. A M A N T I S S.
F I L I I E I V S I N C H R.
P O S S.

OBIIT X. M A I I. A N N. M. D. LXIX

MAgni Avilæ cineres, venerabilis ossa Magistri,
Saluete, extreum condita ad vsque diem.
Salue diue PATER, pleno cui flumine cœlum.
Affluxit, largo cui pluit imbre Devs.
Cœli rore satus, quæ mens tua seuerat intus,
Mille duplo retulit fœnore pinguis ager.
Quas Tagus ac Boëtis, quas Sigilis alluit oras
Ore tuo CHRISTVM buccina personuit.
Te patrij ciues, te consulturus adibat
Aduena, tu terris numinis instar eras
Quantum nitebaris humi reptare pusillus,
Tantum prouexit te Devs astra super.

I P S E L E C T O R I.

A VILA mi nomen, terra hospita, patria cœlum:
Queris quo functus munere? messor eram.
Venerat ad canos falx indefessa seniles,
Quæ C HRISTO segetes messuit innumeræs.



FRATER